Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Otho Gualtperius

Grammatica Graeca : Ex Optimis Quibusque Auctoribus collecta

Marpurgi: Egenolphus, 1623

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Cc_51.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0002
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778717763/phys_0003
DFG

GRAMMATICA GRÆCA,

EX OPTIMIS QUIBVSQVE Auctoribus collecta;

CUI LIBELLUS DE VARIETATE PRÆCIPUARUM DIALECTORUM; Atticæ, Ionicæ, Doricæ, Æolicæ: itemque de proprietate poëtica, & retexendis Græcorum metris est annexus.

AVCTORE

OTHONE GUALTPERIO, S. Theolog. Doct.

CVI ADIECTVS EST INDEX LOCVpletissimus vocum Græcarum, ab ipso Auctore collectus.



Sum ex libris Johannis Joachimi Stere

MARPVRGI,
Apud Paulum Egenolphum,
M. DC. XXIII. M.DC.XXIII

H X

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0005
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0006
DFG

AMPLISSIMIS VIRIS,

PIETATE, PRVDENTIA atque virtute ornatissimis, JACOBO BLANCKENHEIMIO; PETRO SAURIO, CHRISTOPHORO ECHZELIO, ELIAE CULTRARIO; CASPARO ROMERO, ANDREAE LUDOVICO, HENRICO SPULERO, *omnibus* COSS. *dignissimis, nec non reliquis Rerumpubl. Marpurgensis, Giessensis, Puzbachensis, Alsfeldianae, Grunbergensis, Francobergensis, VVetteranae, Senatoribus optimis, amicis & fautoribus suis honorandis, S.P.*

PRAECLARE *Theognis Megarensis, Gnomologorum princeps, in paraenesibus suis monet, Musarum famulum & nuncium, si quid eximium noveris sapientiae non invidum esse oportere, sed alia quidem inquirere, alia vero ostendere, alia etiam componere. Qua sententia omnium maximè praeceptores & institutores tenellae iuventutis videtur commonefacere, quo modo non sibi solis ad comparandam virtutis & eruditionis laudem, operam debeant navare, sed etiam id simul agere, ut pulcherrimum iuventutis florem, fidei suae commissum, honestissimarum artium praeceptis, nec non virtutum ac morum elegantiorum regulis, dextre*

 si

& fideliter imbuant, sibiq; quam similimum efficere, studio indefesso contendant. Vt enim hac ætas ad utrumq; oppositorũ flexibilis est, & secundum Plutarchum in aureolo de puerorum institutione libello, propter mollitiem efficta facilis, cui haud secus matheseis & disciplinæ liberaliores infiguntur, atq; sigilla mollibus imprimuntur ceris: ita præceptoribus quoq;, cumprimis opera danda fuerit, ut ne quicquam quod ad ædificationem & culturam ingeniorum pertinet, intentatum relinquant, sed omnẽ potius moveant lapidem, quo cum delectu utilissimas semper & maxime necessarias doctrinas discipulis suis proponant. Comparantur eam ob rem, ab eodem Plutarcho, agricolæ diligenti, & colono perito, qui si bonum inveniat solum, id curat potissimum, ut semen etiam bonum & pingue, non vitiatum in illud disserat, ne scilicet tritici loco, segetibus intereuntibus, aspera ipsi (ut cum Marone loquar) sylva subeat,

Lappæque tribulique interque nitentia culta
Infelix lolium, & sterilis dominentur avenæ.

Quare & pari ratione præceptores industrii, ingeniorum pinguedinem, & fertilitatem nacti, salutaris & utilis doctrinæ semina spargere iactareque haud cessabunt. Sicque

Achil-

Achillis Magistro Phœnici erunt quam similimi. Cæterum ut in omnibus pene artibus humanioribus magna auctorum existit varietas, quorum non eadem semper in tradendis præceptionibus accuratio est & methodus: ita in Grammaticis Græcis, tum Latinis numerus fermè est amplissimus. Idcirco si uspiam alibi, hic certe in primis delectus erit habendus, & à præceptoribus cum indagandum diligenter fuerit, qui nam ex multis aliis, theorematum, seu præceptionum ratione & planiores sint & exquisitiores, tum quoq; cum iudicio discernendum, quos utique discipulorum suorum captui magis arbitrentur esse accommodatos. Testatur enim Magistra rerum experientia: permultos esse, qui in proponendis auctoribus prolixioribus nullum sciant tenere modum. Qui tamen nil aliud efficiunt, quam quod discipulos suos ad finem Grammatices perductos, inprimis, mediis & ultimis semper æque rudes inveniant. E contra esse nonnullos qui dictandis describendisque compendiis finem facere nolint, qui & ipsi discentium plus obsint quam prosint studiis, eo quod horum in cœtu, vix è viginti sæpenumero exemplaribus reperias unum, quod quarta demum ex parte, ne dicam de tertia aut secunda

rectè à discipulo sit transcriptum. Huic igitur ut in scholis HASSIACIS, quo ad eius fieri posset, occurreretur malo, pridem de eo in Synodis particularibus, Pastores non nulli reverendi atque doctissimi, quibus studia discentium vehementius essent cordi, sententias suas contulerunt, auditisque singulorum suffragiis tandem rogare cœperunt, ut in his literis studiosæ juventutis causa, talis præstaretur opera, quæ rectè iaciendis fundamentis Grammaticis, cum in scholis trivialibus, tum in Academia quoque utilis ac salutaris esse posset.

Cum igitur ego illorum calculo & meum subjicerem, atque hoc ipsum summopere necessarium esse ducerem, ob id quod nullam pene scholam in patria Hassia viderem, quæ non peculiarem aliquem sibi usurparet Grammatices Græcæ auctorem, animum ad conscribendam, quam nunc do, Grammaticam adjeci, eamque tanto libentius auspicatus sum, quod intelligerem, in Academia etiam nostra Professores nonnullos, collegas meos charissimos atque venerandos, virosq; præstantissimos, qui de eius generis studiis atque laboribus dexterrime iudicant ac sentiunt, institutum hoc atq; consilij mei rationes vehementer approbare. Evol-

vi igi-

vi igitur præstantissimorum quorumq; Grammaticorum libellos diligenter ac sedulo, inter quos coryphæos semper habui F. Sylburgium & M. Crusium, utrumque amicum meum singularem & honorandum, nec non Possellium in Syntaxi: cæpiq; in juventutis gratiam Grammaticam talem, qualem videtis, adornare.

Per Quæstiones & Responsiones tractare eam placuit, quod hanc videlicet docendi discendiq; rationem omnium probatissimam atq; commodissimam esse judicarem. A Dialectis Græcæ linguæ prorsus separatam descripsi, quod scilicet cum linguæ communi commistæ Dialecti, incipientium memoriam non parum viderentur obruere, præsertim confuse traditæ, & sine judicio atque ordine (ut à nonnullis factum est) nunc in hunc, nunc in illum locum dispersæ. Peculiarem autem Dialectis librum tribui, ut si discipuli ejusmodi sint progressuum, quibus scriptor vel Atticus, vel Ionicus, vel Doricus queat cum fructu exponi, inde pro modo & captu quorumvis, præceptores facile possent repetere. Terminos etiam usitatos retinui, ob id quod scholæ nostræ novas illas temporum appellationes à Petro Ramo introductas (cuius diligentiam alioquin &

acumen in Philosophicis magnifacio) minime agnoscerent, neque putarem ego, è re inventutis fore, ut omissis antiquorum appellationibus, novas illas sectarer. Quid enim in Eustathio, Tzetze, Didymo, Triclinio, Gorgone, vel alio optimorum autorum interprete seu scholiaste intelligat Grammaticus Rameus? cum hi non faciant mentionem horistici primi, secundi, tertij, quarti: futuri infecti primi, 2, 3, 4, 5: futuri perfecti primi, 2, 3, 4, 5, aoristi primi, 2, 3, 4? sed modos appellent & in singulis sua agnoscant tempora, pari modo quemadmodum à me cum cæteris Grammaticis est positum. Hic igitur Rameus necesse omnino habet, ut in lectitandis veterum interpretum libris, aut novam conjugandi rationem è vulgatis Grammaticis petat, aut ipsum contextum interpretum multis in locis intactum relinquat. Et quia labore vno eodemque non uni, sed triplici discipulorum generi inservire volui, curavi generaliora & omnium maxime necessaria, characterе etiam maiori imprimi, hocque demensum incipientibus seu primi generis discipulis destinavi. Pro mediis autem tanquam provectioribus, subiunxi præcepta pleniora, quæ oblongo seu pendulo characterе sunt impressa. Et quia in

Acade-

Academia quoque cum in prælectionibus difficiliorum authorum, tum in examinibus quoque eorum, qui ad publicum eruditionis & virtutis suæ testimonium atque honorem aspirant sententiæ Græcæ saepe resolvendæ sunt Grammatice: placuit & his suum demensum designare, adeoq; certis quibusdam notis, isto videlicet modo effictis [] includere. Quod si alicui seu plura seu pauciora, nunc primo nunc secundo discipulorum generi è me imposita vitio debuntur, præceptor quivis facile pro sua prudentia pensum vel augere, vel imminuere poterit. Hic præcipuus Grammaticæ huius finis est & scopus, ut cum ex pluribus Hassiæ scholis discipuli ad Academiam nostram, tanquam ad superius quoddam Lyceum, in quo ulterius instituantur, confluant, pleriq; ijsdem Grammaticis præceptionibus instructi, eundem præceptorem ad unam eandemq; Grammaticam, Homerum, Pindarum, Isocratem, Theognidem aut alium aliquem authorem Græcum retexentem, tanto luculentius & melius assequanter atque intelligant, quin & interrogati ipsi, eodem prorsus modo atque secundum certas Grammaticarum institutionum regulas respondeant.

Vobis autem, viri amplissimi atque præstantissi-

tißimi, Conſules digniſſimi, nec non & reliqui ſingularum Rerump. Senatores prudentißimi, amici venerandi, hanc qualemcunq; Grammaticam mediocri ſtudio à me confectam, inſcribere atque dedicare volui, partim ob id, quod ut conſcriberetur, paſtores veſtri fratres mei & ſympatriotæ colendi, authores haud poſtremi extiterint, tum quoq; quod labor hic ſcholis veſtris pignoribuſq; charißimis in illis verſantibus unice ſit deſtinatus. Nullus igitur dubito, quin V. A prudentiaque æquo animo libenter & humaniter munus hoc literarium ſit receptura, meq; fauore atq; benevolētia complexura amica Deum O PT. MAX. ex intimis cordis viſceribus precor, ut univerſis illis & ſingulis Rebuſpublic. veſtris ex alto benedicat, conſilia veſtra gubernet, voſq; ad gloriam nominis ſui & ſalutem civium diu ſoſptes atq; incolumes conſervet. Data Marburgi, poſtrid. Cal. Septemb. Anni æræ Chriſtianæ. 1590.

Ampl. & prudent. V.

Studioſiſ.

Otho Gualtperius D.

IN REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI, DOMINI OTHONIS GVALTPERII, DOCTORIS Theologi, Græca & Hebræa linguarum in illustri Marpurgensium Academia Professoris, Græcam Grammaticam.

VT nimium vanis fabricatur sumptibus ædes,
Qui solida tardat cingere tecta basi:
At nimium lentho vehitur rhedarius axe,
Qui pigris cessat subdere calcar equis:
Vt nimium tardo tellurem vomere sulcat,
Qui flagris nescit colla domare boum:
Sic frustra aut tardè linguas perdiscet & artes,
Qui præceptorum cognitione caret.
Sunt etenim præcepta basis, calcaria, flagra,
Queis sine cognitio frugifera esse nequit.
Ergo opera illorum laudemque decusque merentur,
Qui præcepta brevi dexteritate docent.
Nec minus in studiis laudemque decusque merentur,
Qui præcepta pari sedulitate legunt.
Hinc tua GVALTPERI varias se dicet in ovas
Gloria, & ipsa dabit præmia posteritas.
Dum clavo hanc operam figet studiumque trabali,
Et laudem soluet munera grata tibi.

Qui

EPIGRAMMA.

Qui Græca inconcussa struis fundamina linguæ
Largaque de riguo pocula fonte paras.
Nimirum quæ mille locis dispersa leguntur,
Et simul & semel hinc provida discе cohors.
Vis nitidum vivi fontis libare liquorem?
Vis docta Graios voce sonare modos?
Hunc pervolve librum, vatesq; adiunge Pelasgos:
Sic pura ex ipso fonte fluenta bibes.
At tu macte animi vir fœtus edere perge
Ingenii sic post fata superstes eris.
„Magnus honor, celebri vivum claresceresfama,
„Extinctum in scriptis vivere, maior honos.

M. Georgius Meisnerus Lubecensis.

Autho-

AVTHORES QVI AD HANC *Grammaticam* ἐπιβάλλον μέρος *contulerunt.*

Theodorus Gaza.
Demetrius Chalcondylas.
Lascaris.
Melanchthon.
Cleonardus.
Antesignanus.
Sylburgius.
Ceporinus.
Crusius.
Ramus.
Posselius.
Crocus.
Mecelerus.

Præter hos in Dialectis.

Eustathius.
Author brevium schol. Homer.
Plutarchus.
Hesychius.
Corinthus.
Ioan Grammaticus.
Moschopulus.
Tzezes.
Henr. Steph.
Scholiastes Sophocl.
Æsch. Dion. Afri.
Pindari & aliorum.

LIBRI

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0017
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn778717763/phys_0018
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0019
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0020
DFG

LIBRI PRIMI DE Etymologia,

CAPVT I. DE LITERIS.

Quid est Grammatica Græca?

EST ars benè loquendi Græcè.

Quænam eius sunt partes?

Etymologia & Syntaxis.

Sub Etymologia verò Ortographia quoque & Prosodia comprehenduntur.

Circa quid versatur Etymologia?

Circa voces singulas, non conjunctas aut constructas.

Quæ sunt prima singularum vocum elementa?

Literæ: eæq; viginti quatuor: quarum nomenclatura apud Græcos sic habet:

Alpha	Αα	a
Vita	Ββϐ	v
Gamma	Γγ	g
Delta	Δδ	d
Epsilon	Εε	e breve.
Zita	Ζζ	z
Ita	Ηη	i vel e longum.
Thita	Θθϑ	th
Iota	Ιι	j
Cappa	Κκ	c
Lambda	Λλ	l

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778717763/phys_0021
DFG

My	Μ μ	m
Ny	Ν ν	n
Xi	Ξ ξ	x
Omicron	Ο ο	o parvum
Pi	Π π ϖ	p
Rho	Ρ ρ	r
Sigma	Σ σ ζ ς	ſ
Tau	Τ τ	t
Ypſilon	Υ υ	y
Phi	Φ φ	ph
Chi	Χ χ	ch
Pſi	Ψ ψ	pſ
O mega	Ω ω	O magnum.

* DE LITERIS, ET EARVM Inventoribus.

HOmo, animal ſociale. Communicat ergo animi ſui conceptus alteri, mediantibus ſenſibus, auditu & viſu. Auditus obiectum vox eſt: viſus autem Literæ, tanquam ſenſibiles quædam notæ, inſenſibilium conceptuum. Græci γεγράμματα & χαραχτῆρας ab inſcribendo & exſculpendo vocant. Literæ in duplici ſunt differentia.

Aut enim notæ ſunt conceptuum, aut vocũ, quæ conceptuum ſimulachra ſunt. Conceptuũ quidem notæ ſunt literæ Ægyptiorum Hieroglyphicæ, quò maioris ingenij, eò operoſiores: & Philoſophis tantùm, Ægyptijs Sacerdotibus olim cognitæ. Vocum verò notæ, quibus variæ ſonorum differẽtiæ, tàm ſimplices quam compoſi-

positæ exprimuntur, sunt Literæ proprie dictæ. Quarum inventio ut antiquissima, sic controversa est. Etsi n. variæ sunt linguæ, & peculiares singulæ Literas habēt, tamē alij suas literas priores extitisse, cæteros à suis mutuatos affirmant. Quod si verò sacrarū Scripturarū auctoritate hæc lis dijudicanda est, nullos certè alios quàm Adami filios, ante Diluvium universale, literarum Inventores fuisse constabit. Nam ij filij Sethi in duabus colūnis disciplinā rerum cœlestiū à se primò inventā conscripsêre. At tum Hebraica Lingua unica erat. Attestatur huic nomen Adami & Hevæ, quorū illud ruffum, hoc matrē viventiū, in nulla alia lingua, quàm Hebræa significat. Ergo etiam, Characteres Hebræi quos procul dubio Adamus à Deo acceptos liberis suis cōmunicavit. Sic post diluvium filij Noachi, avitas literas retinuēre, ad Babelonicā usq; linguarum divisionē. Linguæ tū variæ, principe illa Hebræa, cū suis literis ad paucas reducta, singulæ novos characteres mediatæ sunt. At Hebraicarū mentio post diluvium prima in Tabulis à Domino Mosi traditis. Quapropter Moses literarum inventor esse visus est, teste Eupolemo apud Euseb. lib. 10. de præparat. Evang. vel Mose antiquior Abrahamus, teste Philone. Indæi a. à Mose acceptas, superato mari rubro, in Palæstinam & Phœniciam intulerunt. Ea propter Phœnices literarū Inventores habiti. Vnde Lucanus.

Phœnices primi, famæ si credimus, ausi
Mensuram rudibus vocem signare figuris.

Cæterùm, Græci, qui generis antiquitatem, quam rationibus non possunt, fabulis astruere conantur, ante diluvium Deucalioneum, se literas habuisse gloriantur, teste Diodoro: qui Actinum, Solis F. è Græcia in Ægyptum profectum, Astrologiæ præcepta tradidisse scribit: at Græcia diluvio oppressa literarum monumenta fuisse deleta. Multis pòst seculis Cadmus, Agenoris F. è Phœnice literas in Græciam revehens, earum inventor existimatus est. Eas sedecim primùm fuisse, Plin. lib. 7. cap. 56. & 58. testatur. Quibus Troiano bello Palamedes ex volatu gruum adiecit quatuor Θ Ξ Φ X. Totidem Simonides Melicus Z H Ψ Ω Aristoteles XIIX. priscas fuisse putat: duas postea ab Epicharmo additas Θ & X. Hinc ab Ausonio Cadmi nigellæ filiæ dicuntur. Herodotus lib. 5. Cadmum cũ multis aliis scientiis, literas Græcis communicâsse scribit, quibus Iones vicini suas commiscuerint, & communi nomine Phœniceas appellarint: quarum Exemplar apud Thebas Bœotias in Ismenij Apollinis templo, in tripodibus incisa, Ionicis consimilia se vidisse testatur. Iones certè διφθέρας appellant pelles caprinas & ovillas, quibus olim penuria librorum, hoc est, sirporum, inscribebant. Iosephus lib. 1. contra Appionem, ante Homerum nullas Græcorum fuisse literas ait, cum nullus eo vetustior

scriptor

scriptor fuerit. At Cic. in Bruto, & Euseb. lib. 10. de præparat. Evangel. Linum, Philammonem, Thamyram, Amphionem, Orpheum, Musæum, Epimenidem, Aristæum, inventores fuisse & scripsisse commemorant.

Theod. Zvving. in Theat.

Ex quibus Constat initiò quinque duntaxat vocales fuisse, easq́ ancipites, κ, ε, ι, ο, υ: semivocales totidem σ, ρ, λ, μ, ν: mutas verò sex, τ, δ, κ, γ, π, β: postea verò accessisse literas compositas, vocales duas, η & ω, ad distinguendam temporis quantitatem: quarum illa tanquam è duobus ε, hæc verò è duobus ο, videtur composita, id quod contradictiones etiam arguunt, ᾔδη Atticum pro ᾔδεε· δέελον pro δῆλον. πρώρα è προόρα. Idem compendium in Consonantibus. Sylb.)

Alpha) prima Græcorum litera. Absque dubio ex Hebraica litera Aleph, cuius Radix Alaph, id est, didicit. Significat igitur μάθησιν disciplinam, inquit Crusius; quasi id dicat discipulo μάθε, disce; aut ζήτει quære. Nam ἀλφεῖν Græcis ζητεῖν quærere significat. Effertur hæc litera maiore hiatu oris, quàm cæteræ, ut moneamur, Deum os homini ad disciplinas percipiendas aperuisse. Rectè ergo primo loco ponitur. Grammat. p. 2. Henricus Stephanus contrarium statuit, & ἄλφα non ex ἀλφεῖν sed τὸ ἀλφεῖν è τῷ, α originem trahere autumat. t. 1. p.

VIII. ubi & Etymologia & Moschopuli rationes examinat. II. Alpha unum est ex illis elementis, quæ nomen suum apud omnes Græcas Dialectos immutatum retinuerunt, quum aliquæ nonnulla ex cæteris immutaverint. Nam ex γάμμα Iones γέμμα ex κάππα quidã κόππα fecerunt. Nonnullis maior etiam mutatio contigit; ut τῷ σίγμα, quod Dores σὰν appellarunt. μῦ α. Democrito vocatum fuisse traditur μῷ, eadem forma qua ῥῷ. III. Reprehenditur Priscianus, quòd omnia elementa Græcorum, pronunciaverit esse indeclinabilia: cum saltem excipere debuisset τὸ σίγμα, σίγματος, σιγμάτων: unde σιγματοειδὴς, σιγμοειδὴς ἄσιγμος, Item γάμμα, γάμματος &c. quin & articuli reliquis elementorũ nominibus p̃fixi, veluti declinationis loco sint, ut τὸ ἄλφα: τοῦ ἄλφα, τῷ ἄλφα. & sic de cæteris, τὸ βῆτα, τοῦ βῆτα, τῷ βήτα.

Vita.) Rectius Beta βῆτα, ex secunda Alphabeti Hebraici litera Beth. Ea Delphos pro πυτι, dicentes βατεῖν & βικρὸν pro πατεῖν & πικρὸν: Macedones autem pro τρ, dicentes βίλιππον, βερονίκην pro φίλιππον & φερονίκην, testatur Plutarch in Hellenicis quæst. II. Ex utraq; litera ἄλφα καὶ βήτα fit Alphabetum, ut vulgò loquimur: Iuvenal. Hoc discunt omnes ante Alpha & Beta puellæ. & ordine inverso in Epigram. Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. 1. Gargarensium liberos elementa docens, seu prima elementa. Vnde compositum, ἀναλφάβη-

φάθητος, ὁ μὴ ἠ. Qui ne alpha quidem de Beta novit, omninò illiteratus, adeò literarum rudis, ut ne ipsa quidem earum elementa habeat cognita. H. St. t. 1.

Gamma, γάμμα.) E tertiâ Hebræorum litera Gimel. Digamma. i. duplex Gamma Æolica litera est, de qua in Dialecto Æolica: Figura & vi similis latinæ F. sic dicta quòd duorum γ sibi superimpositorum formam gerat. Vide H. Steph. in Append. pag. 749.

Delta, δέλτα.) Ex quarta Hebræorum litera Daleth. Hac geminata utuntur Dorij & Bœoti pro ζ, dicentes θερίδδειν pro θερίζειν.

Εψιλὸν.) Ex punctis Hebræorum vocalibus, nominatim Seghól vel Scheva.

Ζήτα.) Ex Zaïn vel Tsadi. n. ex puncto Tseri. θ. ex litera Theth vel Tau. ι. ex Iod. κ ex Caph. λ ex Lamed. μ ex Mem. ν ex Nun. π ex Pe. ρ ex Resch. σ ex Samech vel Sin. τ ex Tau &c. Duplicia elementa Alexander interpres Græcus, scribi ait, per literas binas, ζ per δσ. ξ per κσ. ψ per πσ. Vide Ram. in Schol. pag. 44.

Sigma σ, ex Samech Hebr. ut dictum, vel Sin. Claudius Cæsar invenit ϡ & antisigma pro Ps. Sed post eius Imperium evanuêre, teste Quintiliano. Zvv. in Th.

Υψιλὸν.) Huius sonum ab ave Coccyge discere. Sic n. Aristophanes in avibus, χ' ὡπόθ' ὁ κόκκυξ εἰσποικόκκυ, τόθ' οἱ Φοίνικες ἅπαντες ἰὼς πυρὸς ὦν μὴ κριδὰς ὑπὸ τοῖς πεδίοις ἐδέροιζον. Et quando

Coccyx dixerit Coccy, tum Phœnices omnes frumenta & hordea in agris demerunt. Sonus autem ille Coccygis, non desinit in i, sed in u liquidam.

Hæ literæ simul sunt numerorũ notæ, idq; duplici ratione. Primò eo ordine, quo positæ sunt, numeros indicãt, ita ut ab α usq; ad ω numerẽtur viginti quatuor. Quo modo numerari solent Homeri libri Iliados & Vlyssea nec ultra 24. fit progressio. Secundò, Alphabetũ integrũ in tres distribuitur classes. Prima est unitatũ ab α usq; ad ι denariũ numerũ, & pro senario usurpatur peculiaris quædam nota, hoc modo ϛ quæ τὸ ἐπίσημον solet appellari. Secunda est denariorum ab ι usq; ad ϟ centenarium numerũ, & pro nongenaria inseritur hæc nota ϙ, quæ solet ἡ σαμπὶ dici. Tertia est centuriarum à ϟ usq; ad finem, & pro nongenario talis inseritur nota ϡ, quæ ἡ χαϱακτὴϱ nominatur.

(Tertiã numerandi rationẽ per literas, I. quæ unitatem significat, Πέντε, Δέκα, Ἑκατὸν, Χίλια, Μύϱια. Vide apud Crusium pa. 913.)

Quomodo distribuuntur literæ?

In vocales & Consonantes. Γϱάμματα φωνήεντα καὶ σύμφωνα.

Quot sunt vocales?

Septem: α ε η ι ο υ ω.

Quotuplices sunt?

Triplices: Longæ, breves, & ancipites, φωνήεντα μακϱὰ, βϱαχέα καὶ δίχϱονα. Longæ η & ω.

η & ω. Breves ε & ο. Ancipites α, ι, υ. Et sic ratione quantitatis porro dividûtur in mutabiles & immutabiles. Mutabiles α, ε, ο: quod scilicet in præteritis & aoristis verborum mutentur, α & ε in η, ο vero in ω. Immutabiles η, ι, υ, ω.

(*Observa, apud veteres literam η non fuisse pronunciatã per ι, sed per e longũ, quemadmodum indicat Eustathius lib. ι. Iliados, cũ τὸ βῆ μίμησιν esse ait προβάτων φωνῆς, & nominatim Cratini illum locũ adducit, ὁ δ' ἡλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. Is fatuus perinde ac ovis bebe dicens incedit. Ramus ex Eustathio lib. ι. & λ Iliados. Evincunt idem verba μηκᾶσθαι & βληχᾶσθαι, quorum illud boum seu caprarum, hoc verò oviũ proprium est. Sic n. apud Homerũ Vlyssea ι, μηκάδας αἶγας brevium Scholiorum autor interpretatur τὰς μηκωμένας ἀπὸ τῆς φωνῆς. μηκὴ γὰρ (inquit) λέγεται ἡ τῶν αἰγῶν φωνή. Et Eustath. βληχὴ derivatum esse putat à βῆ & ἦχος. H. Steph. in Thesauro, & in Paralip. Sylburgius in Gram. rem omnẽ explanat acutè & breviter, ostenditq; ex Platone, veteres ε usos fuisse pro η, sicut ο pro ω: cuius rei argumentũ oculare è veteri nummo monstretur, in quo significatũ fuerit,* ΑΘΕΝΑ, *pro* ΑΘΗΝΑ *Minerva. Quũ igitur maior inter ε & η, quàm inter η & ι sit affinitas & cognatio, verisimile est, η pronunciandũ esse rictu diductiore, & tempore lõgiore: at rictu minus diducto, & mora brevi, ut*

vi, ut in Germanico begeren, cupere. Quin & ex Latina pronunciatione vocabulorum à Græcis desumptorum idem est manifestum, ut λέβητες lebetes non lebites. Sic Alphabetum & Alphabetarium dicimus, non Alphavitum aut Alphavitariũ. Tum Græci scribentes Latinas voces per ε, usurpant η, ut Σερῆνος Serenus, Suidas & alij.)

Habétne Iota aliquando vim consonantis?

Vide & Nonnum cap. 3. in Ioan. ἀρχὸς Ιουδαίων.

Reperitur quidem Sibillinum illud, Ιουδαίων μακάρων θεῖον γένος ἐρχνιώνων, *id est, Iudæorũ beatorum genus divinum cœlestium, sed non facile id fuerit imitandum. Simile iudiciũ est de vocabulis exoticis, ut* βενιαμὶν *Beniamin.*

Quot sunt Consonantes?

Septendecim: videlicet præter reliquas literæ omnes.

Quomodo dividuntur?

In mutas & semivocales, σύμφωνα ἄφωνα καὶ ἡμίφωνα.

Quot sunt mutæ?

Literæ, adjicitur Datibus pluribus in ι desinentibus, sicut & verbis in ε & ι terminatis in tertijs personis sequente ν.

Novem: π,κ,τ, β,γ,δ, φ,χ,θ. Et Et hæ quidem rursus distribuuntur in tenues π,κ,τ, medias β,γ,δ, aspiratas φ,χ,θ.

Quot sunt semivocales?

Octo: λ,μ,ν,ρ, σ,ζ,ξ,ψ, Dividuntur rursum in liquidas λ,μ,ν,ρ. Duplices ζ ξ ψ: & unam ἄσημον ἢ μοναδικὴν σ, quod hæc videlicet sui juris seu singularis esse à Grammaticis scribatur.

(Ob-

(Observa præter enumeratas & distributas Græcorum consonantes, apud Æolios etiã esse Digamma, q instar F Latini pingitur & eandẽ quoq; habet pronunciationis vim atq; potestatẽ de quo in Dialecto Æolica. Cæterũ de β notandũ, malle doctissimos viros illud pronũciare ut b, q̃ ut v Latinũ, vel etiã w Germanicum, Etsi n. σέβηρος legatur apud Suidam, ex Latino Severus: tamen non minus per ϰ illud quoq; reperiri certũ est σέϰηρος. Quomodo & plura Latina apud Polyænũ & Suidã extãt Ουῆρος, Ουάλης, Ουάρων Ουεργίλιος, Ουεσπασιανὸς, & similia, pro Latinis, Verus, Valẽs, Varro, Vergilius, Vespasianus. Addũt & quendã quasi vigesimũ quintum characterẽ in vetustis libris reperiri, qui v Latinum videatur exprimere, ut υάλλω, pro βάλλω. Goltzius è veteribus nũmis atq; inscriptionib⁹ affert, nõ tantùm FΛΑΒΙΟϹ pro Flavius, & ΗΥΠΣΑϹ pro Hypsas, sed etiam ϹΕΥΗΡΟϹ & ΥΕϹΠΑϹΙΑΝΟϹ, pro Severus & Vespasianus, ubi C pro Σ. Ex quibus infertur, a Græcis olim usurpatas fuisse cùm literas Latinas F & H, tũ quoq; Υ pro V. Sylb. in Grã.)

cali immediatè, & tunc ν, ἐφελκυστικὸν q. attractivum appellatur. Idem fit in Adverbijs, ut πρόσθεν. μετόπισθεν.

CAPVT II. DE DIPHTHONGIS.

Quot numerantur Diphthongi?

Duodecim.

Quomodo dividuntur?

In proprias & improprias.

Quot sunt propriæ?

Sex: αι αυ ει ευ οι ου.

æ af i ef i u

*E

* E Diphthongis proprijs, maximè videntur hæ duæ observandæ, ει & οι, ut ne utraq; legatur per i latinũ, sed cuiq; sua tribuatur pronunciatio nativa, ad differentiam ꝟ Iota. Exemplum adfert P. Ramus è Thucydide, ἥξει Δωριακὸς καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ oraculũ Atheniensibus redditum: nam si λοιμὸς proferatur ut λιμὸς, pro peste, fames intelligetur.

Pulchra est ista Paronomasia Salvatoris Matth. 24. ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, erunt Pestilentiæ & fames: quoniam plerumq; hæc duo mala divina, propter peccatũ nostrũ cõiuncta.

Quot impropriæ?

Itidem sex: ᾳ ῃ ῳ υ ηυ ωυ. quæ Ionum est, αι οι ιυ ου.

Quomodo dividuntur propriæ?

In mutabiles & immutabiles. εἰς διφθόγγους μεταβολικὰς καὶ ἀμεταβόλους.

Quæ sunt mutabiles?

Αι, αυ, & οι. Dicuntur autem sic, quòd in præteritis & aoristis verborum mutentur, αι in η, αυ in ηυ, οι in ῳ. His apud Atticos accedit ευ, ut εὔχομαι ἠυχόμην.

Quæ immutabiles?

Tres reliquæ. ει, ευ, & ου.

Impropriæ quomodo distribuuntur?

In sono carentes, & male sonantes, εἰς ἀφώνους καὶ κακοφώνους. Sono carentes sunt, ᾳ, ῃ, ῳ, in quibus veteres Iota subscriptum ad latus affigebant. Male sonantes sunt η, ηυ, ου.

(Obser-

(Observa, dipthongos hodie longè aliter pronunciari, atq; à veteribus factum est. Qua de re adultiores multorum doctissimorum virorum iudicia suo tempore poterunt cognoscere.)

CAPVT III. DE AFFECTIONIBVS seu πάθεσι literarum & diphthongorum.

Primò: Literis vocalibus spiritus initio additur, isq; vel tenuis, vel asper. Tenuis seu lenis hoc modo ᾽ asper vero seu densus sic ῾ pingitur: ut ἐγὼ ego, ἡδὺς suavis.

Attici veteres in medio spiritũ addebant ut πρᾶος *mitis;* τάως *pavo,* ἰχθυήρος *aptus ad pisces.*

Nulláne consona notatur spiritu?

b ρ ab initio asperum habet spiritum: in medio verò geminatum prius tenui, posterius aspero spiritu insignitur, ut ῥήτωρ rhetor, πυῤῥος, Pyrrhus.

Ram. p. 7. Cr. p. 14.

Quænam excipiuntur?

Vulgò excipiuntur quatuor: ῥάρος, ῥαριὰς, ῥάριον, ῥωρὸς: *hæc enim propter* ρ *geminatum initio tenuem admittere spiritum dicuntur: quamquam Henr. Stephanus in thesauro per asperum scribat spiritum.*

b Scholiastes Hephestionis causam esse ait, quòd olim ῥ *pro vocali haberetur.*

Quodnam secundum commemoras πάθος?

Secundò, mutatio & consecutio literarum considerãda est cùm in mutis, tùm in liquidis. In mutis si duæ simul ponendæ fuerint, ita ut una consequatur alteram, necessariò tenuis præcedet tenuem, ut τέτυπται *pro* τέτυφται: *vel propriam aspiratam, ut* σαπφὼ *pro* σαφφὼ, *excipe*

Apud Poëtas ἄρεκτον *pro* ἄῤῥεκτον.

Mutarum connectendarum ratio:

πτ, πφ, βδ, γδ, φθ } pro { φτ, φφ, πδ, κδ, ϖθ

cipe peregrina, ut ἐΦΦαθά: & media mediam, ut ἔβδομος, ὄγδοος, pro ἕπδομος, ὄκδοος: item aspirata aspiratam, ut ἐτύΦθω pro ἐτύπθω, Observandum tamen, τ, δ, θ, semper posteriorem inter affines non priorem locum occupare, ut πίκτω pario, ex τέκω πίπτω cado, ex πέτω. Vnaquæq; verò tenuis vel media potest seipsam præcedere, ut ἵππος, γλῶττα, ἐκκλησία: at nequaquam aspirata aspiratam. Non enim dicitur σαΦΦὼ pro σαπΦώ. In liquidis ν in compositione vel voce eadem mutatur in consonam, quæ sequitur, ut συλλαμβάνω ἀ σὺν & λαμβάνω συμμένω ἀ σὺν & μένω συῤῥέω ἀ σὺν & ῥέω σύστος ἀ σὺν & στος. Item ante mutas β, π, φ, & ψ mutatur in μ, ut συμβάλλω, συμπερίνω, σύμφημι, σύμψος. Tum ante γ, κ, χ, mutatur in γ, ut συγγράφω, συγκρίνω, συγχέω. Et vicissim ante ξ pro ν est γ, ut ἐλέγξω. Deniq; ν aliquando prorsus eliditur, ut συζάω ἀ σὺν & ζάω, συξέλλω ἀ σὺν & ξέλλω. Aliâs ante ν aliud, itẽ literas δ, τ, θ, & aliquando ε manet: quin & alia litera nonnunquam euphoniæ causa inseritur, ut ἀνδρὸς pro ἀνρὸς. Plura vide infra in formatione Imperfecti activi.

Quod tertium?

Tertiò ratione pronunciationis vulgò putatur γ ante γ, ξ, χ, legi ut ν, ut ἄγγελος, angelus, λίγξ, lynx, ἔγχος hasta.

Item γ ante κ legi ut ν, ipsum verò κ ut ῆ, ut πεΦάσκω, pephanga, τὸν κύκλον ton gyrion.

Item

Item ν ante β, μ, π, legi ut μ, ut τὸν βίον tom vion, τὴν μερίδα tim merida, τὸν πίθον tom bithon.

Item ϖ post μ legi ut β, ut πέμπω pembo.

Deniq; τ post ν ut δ, ut πάντα panda.

Sed rectiùs alij, argumentum nullum esse putant, quamobrem non scripta litera pro scripta proferatur, excepta prima duntaxat & secunda notatione de γ, nisi veterum accedat authoritas. Interim affines esse literas τ & δ, κ & γ, β & π, negari nec debet, nec potest.

Quod quartum?

Quartò, considerandus est Apostrophus, qui est nota rejectę vocalis aut diphthongi, ob sequentem vocalem, aut diphthongum aliam. *De Apostropho Græcorum.*

Quæ vocales abijciuntur per Apostrophum?

E & ο, item α & ι correptæ, ut φέρ' εἰπὲ pro φέρε εἰπὲ: τοῦτ' ἐμὸν pro τοῦτο ἐμὸν. ἀλλ' ἴθ pro ἀλλὰ ἴθι. ἄντ' ἐμοῦ pro ἀντὶ ἐμοῦ.

Quæ diphthongi?

Αι & οι potissimum tamen apud Poëtas, ut βούλομ' ἐγὼ pro βούλομαι ἐγὼ. οἴμ' ὥς ἄχθομαι pro οἴμοι ὥς ἄχθομαι.

(Rarissimè longa vocalis aut diphthongus per apostrophum eliditur, ut τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ pro τράφη ἐνὶ μεγάρῳ educatus est in domo, Homer. Iliad. β. ἀπ' ὤραν αἰθέρος διὰ μέσσω tenues per auras æthere ab alto, Sappho apud Dionysium Halicarnass. pro ἀπ' ὠρανοῦ Doricè pro οὐρανοῦ.

Quænam

Quænam in notatione Apostrophi literarum accidit mutatio?

Quando post Apostrophum sequitur vocalis aut diphthongus cũ spiritu aspero, litera præcedens tenuis, seu una, seu duæ fuerint, mutatur in suam aspiratam, ut ἀφ' ὗ pro ἀπὸ ὗ· νύχθ' ὅλην pro νύκτα ὅλην. Quod etiam observatur in compositis ut ἀφαιρέομαι compositum ab ἀπὸ & αἱρέομαι. καθορῶ à κατὰ & ὁρῶ.

(*Aspiratæ hîc cum sequentibus vocalibus aut diphthongis connectendæ sunt,* ἀ-φ' ὗ νύ-χθ' ὅλην: *quia nulla syllaba desinit in aspiratam, nisi id fiat in exoticis seu peregrinis vocabulis, ut* ἰωσήφ, ἐνὼχ, ῥοὺθ: *quæ Hebraica sunt, non Græca.* Ἀβὰθ *Cyprius* διδάσκαλος *doctor, magister: Hesych.*)

Habétne in ultima tantùm Apostrophus locum?

Immo & initio & medio vocis quandoq; notari solet, ut apud Theognidem, ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή' ϛι *pro* πᾶσα ἀρετή ἐϛι. *Et Soph.* ὦ παῖ λἀρτίου *pro* λαερτίου κτητικὸν ἀντὶ τοῦ κυρίου. *Aliquando & utrinq;, ut* χρῇ ϛαι *pro* χρῆα ἔϛαι, *Sophocles in Oedipo Coloneo.*

Item in contractione duarum vocum in unam, ut τἀγαθὸν, *pro* τὸ ἀγαθὸν τοῦ πίταγμα *pro* τὸ ἐπίταγμα, θοιμάτιον *pro* τὸ ἱμάτιον, τανδρὸς *pro* τοῦ ἀνδρὸς, ὦ πόλλων *pro* ὁ ἀπόλλων.

CAPVT

CAPVT IV. DE ACCENTV & notatione.

Quotuplex est accentus?

Triplex: Acutus, Gravis, & Circumflexus. Acutus elevat vocem, & ita notatur: locum habet in ultima, penultima, & antepenultima, unde vox oxytona dicitur, ut θεός Deus, paroxytona, ut λόγος sermo, properoxytona, ut ἄνθρωπος homo. Gravis deprimit vocem, & ita notatur, ad eoq; in ultima tantum pingi potest, unde vox gravitona dicitur, ut ἡ τιμὴ honor. Intelligitur tamen & in cæteris esse syllabis, quibus nec acutus insidet, nec circumflexus. Omnis autem acutus finalis in sermonis contextu vertitur in gravem, præter τίς interrogativum. Excipe, si enclitica vox interveniat, vel collocetur vox in fine periodi, ut θεός ἐστιν ἀγαθός.

Alij in simplicem & compositum dividunt. Simplicem acutum & gravem: compositũ, circumflexum. GRAVIS.

Enclitica autem vox dicitur, quæ rejicit tonum in finem præcedentis dictionis, ut ἄνθρωπός τις, δῆλός ἐστι. *Item in trochaicis,* ἄνδρά μοι, *& in alijs pedibus ante* σφ *in pronominibus, ut* ἀτρείδης σφισι πολλάκις σφεας. *Reliqua excipe, ut* μεσσῶν τε, σοφός τε, ὅπ τε. *In talibus verò* φίλος ἐστιν, φοῖνιξ ἐστι *encliticæ tonum retinent. Porrò numerantur encliticæ dictiones in nominibus* τὶς τινὸς, ξ, τῳ, *pro* τινὸς τινὶ. *In pronominibus* μοῦ, μεῦ, μοὶ, μὲ· σοῦ, σεῦ, σοὶ, σὲ· οἱ, μὶν· σφὶ, σφίν, σφισὶ σφὲ, σφέας, σφωὶ, *quan-*

De Encliticis dictionibus.

In nominibus.

In pronominibus.

In verbis. quam non semper omnes. In verbis εἰμὶ & φημὶ cum alijs personis præsentis indicativi, excepto φῄς. *In adverbijs* ποι, πȣ, πη, πω, πως. ποτὲ, ποθὶ, ποθὲν, cùm infinitè accipiuntur. *In Coniunctionibus* γε, κε, τε, κεν, περ, ρα, νυ, νὺν, θὴν. Observa post ἕνεκα propositionem & disiunctivam coniunctionem non fieri ἔγκλισιν, ut ἕνεκα σȣ̃, ἀλλὰ σὲ, ἢ μὲ. *Synencliticæ vocantur, quando plures Encliticæ coniunguntur, ut* τυπτȣσί τινές με.

In adverbiis.

In Conjunctionibus.

Synencliticæ.

* Inter cætera Enclitica numeratur & τω. Exempl. apud Suidam. ἄλλω τω, alij cuidam. Ibid. post notam sextam de compositione in polysyllabis, subiungenda, vel observanda sunt: οἰκονόμος dicitur, ex οἶκος & νέμω. Solent n. huiusmodi Composita, cum activè significant, παροξύνεσθαι. i. tonum habere in penultima: & contrà proparoxytònως efferri. i. accentum habere in antepenultima, quum significationem habent passivam: ut, πρωτοτόκος, quæ primũ edidit partum; at πρωτότοκος, primo partu editus. ἀνθρωποκτόνος homicida; ἀνθρωπόκτονος, ab homine occisus vel cæsus. Sic, λιθοβόλος, λιθόβολος, κερατόμος & κεράτομος. Consule & Lexic. Vulg. cum Sylburg.

Circumflexus.

Circumflexus acuit & deprimit, notaturq́; hoc modo ^ vel sic ˜ potest esse in ultima & penultima, sed tantum natura longa. Si fuerit in ultima dicitur vox perispomena, ut πλακȣ̃ς: sin in penultima, dicitur properispomena, ut δῶμα. Dic

Dic Canones nonnullos generales de Accentibus.

Polysyllabum, ultima longa, penultimam acuit, ut ἀνθρώπου, ἀθανάτου.

Quænam excipiuntur?

Attica, ut μενέλεως, πόλεων: item si in fine sint diphthongi αι & οι, tum enim ratione toni habentur pro brevibus, ut λέγεται μοῦσαι, ἄνθρωποι, οἶκοι. Excipe optativos & adverbia, γηθήσαι gavisus fuisset. οἶκοι domi.

Polysyllabum, ultima brevi, antepenultimam acuit, ut ἄνθρωπος, λέγομεν.

Quæ excipiuntur?

1. Δειμαλέος, ἐναντίος, ἄθρόος ἁπλόος. χαρίεν, *& similia neutra:* τείχιον, ἀπόδος ἐπίσχες: *Item verbalia in* εος, *ut* τακτέος: *& participia præteriti passivi, ut* τεταγμένος: *præter trisyllaba poëtica augmento carentia, ut* βλημένος *pro* βεβλημένος: *Item Adverbia* οὐρανόσε, οὐρανόθι, οὐρανόθεν, *præter* οἴκοθεν, ἄλλοθεν, πάντοθεν, οἴκοθι, ἄλλοθι, πάντοσε *&* πάντοθι.

2. *Composita à* βάλλω, χέω, πολῶ, *cum præpositione accentum habent in antepenultima: cũ aliis orationis partibus in penultima, ut* πρόβολος, πρόχοος, ἀμφίπολος. *At* εκηβόλος, οἰνοχόος, ὀνειροπόλος.

3. Dissyllabum, priorem natura longam, sequente brevi, circumflectit: cætera dyssyllaba acuuntur, ut χρῆμα, εἶδος, ἥρως, λόγος.

4. Monosyllabum natura longum circumflectitur, breve vero aut positione longum acuitur, ut ὗς, φῶς, ὅς, ἅλς. Excipe φρὴν, ποὺς.

5. Ex acuto & gravi in contractione fit circumflexus, ut νόος, νοῦς, φάος, φῶς: non contra, ut ἑςαὼς ἑςώς. Excipe νόω, νώ. λητόα λητώ.

Compositio in polysyllabis, si ultima sit brevis, accentum plurimum retrahit in antepenultimam, sin longa, in penultimam, ut σοφὸς sapiens, φιλόσοφος sapientiæ studiosus, δοῦλος servus, σύνδουλος conservus, πόλις civitas, φιλόπολις civitatis amans, αἰὼν ævum, μακραίων longævus, ἀκτὶν radius, χρυσάκτιν aureos spargens radios.

In monosyllabis perpetuum hoc est, ut παῖς εὔπαις *felix liberis* χθὼν αὐτόχθων, ποὺς τετράπους. *At Apocope & Paragoge in polysyllabis tonum non mutant, ut* τἀττέμεναι ταττέμεν, λόγοις λόγοισι: *præter* τοῖος τοιός δε, οὗτος οὑτοσὶ, *&c.*

Monosyllaba longa post apocopen acuuntur, ut χρήμι χρή: post aphæresin circumflectuntur, ut ἔφην ἔφης ἔφη, φῆν φῆς φῆ, vel ἦν ἦς ἦ. Brevia item acuuntur, ut ἔβαν βάν: pro ἔβησαν.

Quam vocas notationem?

Qua disquiritur Species vel figura vocis,

eis. *a* Species est, qua disquiritur, primáne sit vox, an derivata, seu aliunde orta. *b* Figura, qua disquiritur, simplex an sit vox, an composita, an decomposita. Simplex, ut ἀκούω audio; Composita, ut παρακούω perperam audio: Decomposita, ut συγκαταβιόω unà vitam transigo.

a εἶδος πρωτότυπον καὶ παράγωγον. *b* σχῆμα ἁπλοῦν σύνθετον, καὶ παρασύνθετον.

CAPVT V. DE ARTICVLIS.

Quot numerantur Græcis Orationis partes?

Octo:

Articulus	ἄρθρον.
Nomen	ὄνομα.
Pronomen	ἀντωνυμία.
Verbum	ῥῆμα.
Participium	μετοχὴ.
Adverbium	ἐπίῤῥημα.
Præpositio	πρόθεσις.
Conjunctio	σύνδεσμος.

Quomodo dividuntur?

In declinabiles & indeclinabiles. Declinabiles sunt quinque: Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, & Participium: reliquæ sunt indeclinabiles.

(Interiectiones Latinorum Græcis inter Adverbia: Articuli Græcorum Latinis inter Pronomina referuntur.)

Quot sunt articuli?

Duo: Præpositivus, & postpositivus seu subjunctivus. Posterior etiam ἀναφορικὸς, id est, relativus dici potest, & ad pronomina referri.

Da paradigma articuli præpositivi in singulis generibus.

Quemadmodum Latini inter declinandum usurpant hic, hæc, hoc: sic Græci præpositivum articulum.

Singul.	Masc.	Fœm.	Neutr.
N.	ὁ	ἡ	τὸ
G.	τοῦ	τῆς	τοῦ
D.	τῷ	τῇ	τῷ
A.	τὸν	τὴν	τὸ
V.	ὦ in omni genere.		
Dual. N. & A.	τὼ	τὰ	τὼ
G. & D.	τοῖν	ταῖν	τοῖν
V.	ὦ		
Plur. N.	οἱ	αἱ	τὰ
G.	τῶν in omni genere.		
D.	τοῖς	ταῖς	τοῖς
A.	τοὺς	τὰς	τὰ
V.	ὦ		

Compositum ὅδε & ὅγε *hic: fœm.* ἥδε & ἥγε *hæc: neutrum* τόδε & τόγε *hoc. priore tantum parte declinantur,* τοῦδε, τῆσδε, τοῦδε, τῷδε, τῆδε, τῶδε, τῷδε, *&c.*

Da paradigma articuli postpositivi.

Singul.	Masc.	Fœm.	Neutr.
N.	ὁῦς	ἣ	ὅ
G.	οὗ	ἧς	οὗ
D.	ᾧ	ᾗ	ᾧ
A.	ὅν	ἥν	ὅ
Dual. N. & A.	ὼ	ἃ	ὼ
G. & D.	οἷν	αἷν	οἷν
Plur. N.	οἵ	αἵ	ἅ
G.	ὧν in omni genere.		

D. οἷς

D.	οἷς	αἷς	οἷς
A.	ἅς	ἃς	ἃ.

In compositione cum particula περ *prior duntaxat pars variatur, ut* ὅστις, ἥπερ, ὅπερ, ὅπερ, ἥστερ, ἅπερ, ᾧπερ, ἧπερ ὧπερ, *&c.*

Et hinc rursum ὁστισοῦν, *sicut* ὁτιοῦν.

Declina ὅστις *ex* ὅς *&* τις *compositum.*

Sing. N.	ὅστις	ἥτις	ὅ, τι
G.	οὑτινος	ἧστινος	οὑτινος
D.	ᾧτινι	ἧτινι	ᾧτινι
A.	ὅντινα	ἥντινα	ὅ, τι
D. N. & A.	ὥτινε	ἅτινε	ὥτινε
G. & D.	οἷντινοιν	αἵντινοιν	οἷντινοιν
Plur. N.	οἵτινες	αἵτινες	ἅτινα.

G. ὧντινων *in omni genere.*

D.	οἷστισι	αἷστισι	οἷστισι
A.	ἅστινας	ἅστινας	ἅτινα.

(Ex hoc novum descendit compositum ὁστισοῦν *quicunq;,* ἥτισοῦν *quæcunq;,* ὁτισοῦν *quodcunq;: idq; in postrema tantum parte est indeclinabile, ut* οὑτινοσοῦν *cuiuscunq;,* ὡτινισοῦν *cuicunq;,* ὁντινασοῦν *vel* ὁντινοῦν *quemcunque, & sic deinceps. Item in compositione particulæ* οὖν, *cum* ὅτε *cuius,* ὅτῳ *cui,* ὅτων *quorum,* ὅτοις *quibus, media duntaxat pars variatur, ut* ὁτεοῦν *cuiuscunque,* ὁτῳοῦν *cuicunque, &c. Plura de aliis etiam articulis* δή, κεν, ποτὲ, πὰρ, ἂν, *vide Hen. Stephan. in thesaur. t. 2. p. 1503.*

CAPVT VI. DE DECLINATIONE prima parisyllaba.

In declinatione prima & secunda genitivus ultimam syllabam habet circa flexam.

Quot numerantur Nominum declinationes?

Decem.

Quomodo dividuntur?

In simplices & contractas, εἰς ἁπλᾶς καὶ συνῃρημένας.

Quot sunt simplices?

Quinque: Parisyllabæ quatuor, & una Imparisyllaba.

Prima declinatio parisyllaba quot habet terminationes?

Duas, ας & ης.

Nomen apud Græcos, sicut & apud Latinos, ratione qualitatis aliud est κύριον, *id est, proprium, aliud* προσηγορικόν, *id est, Appellativum. Et hoc rursum* ὑποστατικόν, *id est, Substantivum, vel* ἐπίθετον, *id est, Adiectivum. Deinde* ἀνάλογον, *id est, regulare, vel* ἀνώμαλον, *id est, irregulare.*

(Genera sunt septem, ἀρσενικὸν *Masculinum,* θηλυκὸν *Fœmininum,* ἑτερον *Neutrum,* κοινὸν *Commune,* πᾶν *Omne,* ἐπίκοινον *Promiscuum,* ἀμφίδοξον *Dubium.)*

Cuius generis sunt nomina huius declinationis?

λῃστὴς contrahitur ex λῃϊστὴς unde τὸν subscribitur.

Omnia sunt masculini generis. Lascaris tamen excipit vocem λῃστὴς, quam dicit esse generis Communis.

Tabu-

Tabula 1. declinat.

	N.	G.	D.	A.	V.
Sing.	ας.	ου.	ᾳ.	αν.	α.
	ης.	ου.	ῃ.	ην.	η.
D.	α.		αιν.	αι.	
P.	αι.	ων	αις.	ας.	αι.

Da paradigma in ας.

S. N. ὁ αἰνείας Æneas.
G. τοῦ αἰνείου.
D. τῷ αἰνείᾳ.
A. τὸν αἰνείαν.
V. ὦ αἰνεία.
D. N. & A. τὼ αἰνείᾳ
G. & D. τοῖν αἰνείαιν.
P. N. οἱ αἰνείαι.
G. τῶν αἰνειῶν.
D. τοῖς αἰνείαις.
A. τὰς αἰνείας.
V. ὦ αἰνεῖαι.

Da paradigma in ης.

S. N. ὁ χρύσης Chryses
G. τοῦ χρύσου
D. τῷ χρύσῃ.
A. τὸν χρύσην
V. ὦ χρύσα.
D. N. & A. τὼ χρύσᾱ
G. & D. τοῖν χρύσαιν
V. ὦ χρύσᾱ.

Plur. N. οἱ χρύσαι
G. τ̃ χρυσῶν
D. τοῖς χρύσαις
A. τοὺς χρύσας
V. ὦ χρύσαι.

Quæ sunt anomaliæ huius declinationis?

Nomina multa in ας, potissimùm verò propria, Dorico quodam more faciunt genitivũ, ablato σ & α in toto numero singulari retinent, ut ὁ θωμᾶς Thomas, τ̃ θωμᾶ, τῷ θωμᾶ, τὸν θωμᾶν, ὦ θωμᾶ. *Sic* κηφᾶς Cephas: κοσμᾶς Cosmas, λουκᾶς Lucas: μηνᾶς Menas: χρυσολωρᾶς Chrysoloras: ἄβας, ἄβα, *Gentile nomen:* πάππως, πάππωα *pater: & diminutivum* πᾶς, πᾶ: Ἀννίβας *Annibas*: Πυθαγόρας Pythagoras. *Ità finita in ας purum, modò deriventur vel à verbis circumflexis, vel nominibus fœmininis, ut* πατραλοίας, πατραλοία *parricida, ab* ἀλοιάω *percutio*: Παυσανίας *Pausanias, ab* ἀνία *tristitia.*

* ὁ Ἄβας, τ̃ ἄβα, ἐθνικόν· ὁ ἄβας δὲ, τ̃ ἄβαντος κύριον. *Vide Sylb. in Not. p. 437.*

2. *Vocativus nominum appellativorum in της terminatur in α breve, ut* τοξότης *sagittarius,* ἱππηλάτης *equitator,* προφήτης *Propheta,* ποιητὴς *poeta,* ὦ τοξότα, ἱππηλάτα, προφήτα: at δεσπότης *dominus,* ὦ δέσποτα, *retracto accentu: & sic* οἰκοδεσπότης *paterfamilias*, ὦ οἰκοδέσποτα.

a *Hanc formam imitatur* a *Sic Gentilia* Σκύθης ὦ σκύθα *Scytha: & poëtica*

poëtia in πης, κυνώπης ὦ κυνῶπα impudens. Itē Composita ex verbis μετρῶ, πωλῶ, τρίβω, metior, vendo, tero: γεωμέτρης, βιβλιοπώλης, παιδοτρίβης, geometra, bibliopola, pædotriba, ὦ γεωμέτρα. βιβλιοπώλα, παιδοτρίβα.

tantùr ὁ λάγνης lascivus & ὁ πυραίχμης Pyrachmes. ὦ λάγνα πυραίχμα.

Quænam excipiuntur?

Poetica quatuor, ὁ Αἰήτης Æeta, Αἰναρέτης Ænareta, Καλλιπέτης Callipeta, καὶ Φιλοθερσίτης Philotersites: ὦ ἀήτη, αἰναρέτη, καλλιπέτη, φιλοθερσίτη.

3. Genitivi plurales primæ & secundæ declitionis circumflectuntur, ut τῶν χρυσῶν, τῶν μουσῶν. Excipe in declinatione hac, sequentia: ὁ χρήστης fœnerator, τῶν χρήστων· χλούνης aper. χλούνων, ἐτησίαι ἐτησίων, venti nomen.

CAPVT VII. DE SECVNDA Declinatione parisyllaba.

Quot habet terminationes secūda parisyllaba?

Duas. α & η.

Cuius generis?

Fœminini.

Tabula 2. declinat.

Sing.	N.	G.	D.	A.	V.
	α.	ης.	ῃ.	αν.	α.
	α.	ας.	ᾳ.	αν.	α.
	η.	ης.	ῃ.	ην.	η.
D.	α.		αιν.	α.	
P.	αι.	~~αις.~~	ας.	αι.	

ων αις ας αι

Da

Da paradigma in α.

S. N. ἡ μοῦσα.
G. τῆς μούσης.
D. τῇ μούσῃ.
A. τὴν μοῦσαν.
V. ὦ μοῦσα.
D. N. & A. τὰ & ὦ μοῦσα.
G. & D. ταῖν μούσαιν.
P. N. αἱ μοῦσαι.
G. τῶν μουσῶν.
D. ταῖς μούσαις.
A. τὰς μούσας.
V. ὦ μοῦσαι.

Da paradigma in η.

S. N. ἡ τιμὴ.
G. τῆς τιμῆς.
D. τῇ τιμῇ.
A. τὴν τιμὴν.
V. ὦ τιμὴ.
D. N. & A. τὰ & V. ὦ τιμὰ.
G. & D. ταῖν τιμαῖν.
P. N. αἱ τιμαὶ.
G. τῶν τιμῶν.
D. ταῖς τιμαῖς
A. τὰς τιμὰς
V. ὦ τιμαί.

Quæ sunt huius declinationis anomaliæ?

Finita in α purum, δα, θα, vel ρα, retinent

nent ᾳ in Genitivo & Dativo singulari, ut ἱστορία ἱστορίας, ἱστορίᾳ, ἱστορίαν, λήδα, ας, ᾳ, αν. Sic μάρθα, ἡμέρα.

2. Adjectiva fœminina è masculinis isosyllabis orta, habent in nominativo plurali eandem accentus sedem cum masculino & neutro, ut ἁγία sancta, in plurali ἅγιαι sanctæ, sicut ἅγιοι & ἅγια ab ἅγιος.

3. Nonnulla Genitivum pluralem non circumflectunt: & ex substantivis quidem ἡ ἀφύη, τῶν ἀφύων, Aqua, piscis genus: ex adjectivis vero ea quæ à masculinis tertiæ declinationis simplicium descendunt, ut ἅγιος sanctus, ἁγία sancta, in plur. ἁγίων, non ἁγιῶν sanctarum.

CAPVT VIII. DE TERTIA Declinatione parisyllaba.

Quot habet terminationes Tertia Declinatio parisyllaba.

Duas: ος & ον.

Quorum generum?

In ος masculini sunt generis, ut ὁ λόγος sermo: vel fœminini, ut ἡ νῆσος Insula: vel communis, ut ὁ ἢ ἡ ἄνθρωπος homo.

In ον neutrius sunt generis, ut τὸ ξύλον lignum, εἴδωλον idolum.

Tabu-

Tabula 3. declinat.

	Sing.	N.	G.	D.	A.	V.
Masc.		ος	ου	ῳ	ον	ε
Neut.		ον	ου	ῳ	ον	ον
	D.	ω	οιν	ω.		
	P.	οι	ων	οις	ους	οι
		α	ων	οις	α	α

Da exemplum in ος.

S. N. ὁ λόγος.
G. τοῦ λόγου
D. τῷ λόγῳ
A. τὸν λόγον
V. ὦ λόγε
D. N. & A. τὼ & V. ὦ λόγω
G. & D. τοῖν λόγοιν
P. N. οἱ λόγοι
G. τῶν λόγων
D. τοῖς λόγοις
A. τοὺς λόγους
V. ὦ λόγοι.

Similiter declinantur fœminina atq; communia, nisi quòd articuli præponendi, genere debeant respondere, ut ἡ νῆσος, τῆς νήσου, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου, ὁ καὶ ἡ ἄδικος, τοῦ καὶ τῆς ἀδίκου.

Da exemplum in ον.

S. N. τὸ εὐαγγέλιον
G. τοῦ εὐαγγελίου

D. τῷ

D. τῷ εὐαγγελίῳ
A. τὸ εὐαγγέλιον
V. ὦ εὐαγγέλιον
D. N. & A. τὼ & V. ὦ εὐαγγελίω
G. & D. τοῖν εὐαγγελίοιν
P. N. τὰ εὐαγγέλια
G. τῶν εὐαγγελίων
D. τοῖς εὐαγγελίοις
A. τὰ εὐαγγέλια
V. ὦ εὐαγγέλια.

Quænam sunt huius declinationis anomaliæ?

1. *Quædam in singulari masculina, in plurali sunt neutra, ut* ὁ σῖτ- & *cibus*, ἐρετμὸς *remus*, ζυγὸς *iugum*, κύκλ- & *circulus*, λύχν- & *lucerna*, μοχλὸς *vectis*, νῶτος *dorsum*, σταθμὸς *statio*, τράχηλος *collum*, δίφρος *biga*, *sella*, *in plurali*, τὰ σῖτα, ἐρετμά, ζυγά, &c. *quanquam etiam reperias* σῖτ- δεσμὸς, κύκλος, λύχνος.

2. *Sic fœminina*, ἡ κέλευθος *via*, & *Communia* ὁ ἢ ἡ τάρταρος *tartarus*, *in plurali faciunt*, τὰ κέλευθα, τάρταρα.

3. *Quædam utrung. genus recipiunt. ut* ὁ δεσμὸς καὶ τὸ δεσμὸν *vinculum*, ὁ βούτυρος καὶ τὸ βούτυρον *butyrum*.

4. Fœmininum ἡ ὁδὸς *via*, cum tribus aliis γυνὴ, πόλις, χεὶρ, in Nominativo & Accusativo Dualis numeri, Attico more, masculini est generis, τὼ ὁδὼ, γυναῖκε, πόλιε, χεῖρε, *Frischlin. in Gram.*

χειρε. Quidam addit, τῶ ἡμέρᾳ, τῶ τέχνω, & genitivum dualem, τοῖν χεροῖν.

Quid de neutris huius declinationis observandum?

Nonnunquam tamẽ cum ν reperiuntur, τοιοῦτον, τοσοῦτον in genere neutro.

Quædam abjiciunt ν, more Attico, ut ἄλλο aliud: τηλικοῦτο tantum, tam grande: τοιοῦτο tale: τοσοῦτο tantum. Et sic pronomina quædam, οὗτο, ἐκεῖνο, αὐτό.

CAPVT IX. DE QVARTA DEclinatione parisyllaba.

Quot habet terminationes hæc declinatio?

Duas: ως & ων. Estque tota Atticorum, magnum partem ex tertia parisyllaba descendit. Quare & hic eadem sunt genera. masculinum ὁ νεώς templum: fœmininum ἡ ἕως aurora: Commune ὁ ἡ ἀνάπλεως, neutrum τὸ ἀνάπλεων plenus, a, um.

Vnum etiam in ως hic neutrum reperitur, τὸ χρέως debitum: unde composita ὀφειλέτης χρέως debitor, & ἀξιόχρεως fide dignus.)

Quomodo declinationis huius casus ex tertia deducuntur?

1. O & α finale in neutris, vertuntur in ω: & penultima in puris longa, mutatur in ε, ut, ὁ ναὸς, ὁ νεὼς templum: ὁ λαὸς, ὁ λεὼς, populus: οἰνόμαος, οἰνόμαως, non οἰνομέως, quia α est breve: κάλως, non κάλεως funis, rudens, è κάλος.

a. Iota

2. Iota ſicubi reperitur, ſubſcribitur: υ verò abiicitur, ut οἱ ναοὶ, οἱ νεῲ, ᾧ ναῷ, ᾧ νεῲ.

Tabula 4. Declinat.

S.	ως		ως	
	ω	ῳ	ων	
	ων		ων	
D.	ω	ῳ	ω	
P.	ῳ		ως	ῳ
	ων	ῳς		
	ω	ω	ω	

Da exempla.

S. N. ὁ νεως	μνμέλεως	Quidam ſcribunt τῷ λεῷ cum circumflexo, ſed minus accuratè. Retinent enim oxytonaacutũ in Genitivo ſingulari. Plura de accentu Attico vide infrà.
G. ᾧ νεῳ	μνμέλεω	
D. τῶ νεῳ	μνμέλεῳ	
A. τὸν νεῲν	μνμέλεων.	
V. ὦ νεως	μνμέλεως.	
D. N. & A. & V. ὦ νεῲ	μνμέλεω	
G. & D. τοῖν νεῶιν	μνμέλεων	
P. N. οἱ νεῲ	μνμέλεῳ	
G. τῶν νεῶν	μνμέλεῶν	
D. τοῖς νεῴς	μνμέλεως	
A. τὼς νεως	μνμέλεως	
V. ὦ νεῲ	μνμέλεω.	

Da Compoſitum.

S. N. ὁ ϰῳὴ ἡ ἀνάπλεως ϰ τὸ ἀνάπλεων
G. ᾧ ϰ τῆς ϰ ᾧ ἀνάπλεω
D. τῶ ϰ τῇ ϰ τῷ ἀνάπλεῳ
A. τὸν ϰ τὴν ϰ τὸ ἀνάπλεων.
V. ὦ ἀνάπλεως ϰ ὦ ἀνάπλεων.
D. N. & A. τὼ ϰ τά ϰ τώ ἀνάπλεω

G. & D. τοῖν ἢ τοῖν ἢ τοῖν ἀναπλεῳν
V. ὦ ἀναπλεω.
P. N. οἱ ἠμὶ αἱ ἀναπλεῳ ἢ τὰ ἀναπλεω sine Iota
G. τῶν ἀναπλεων (subscripto
D. τοῖς ἠμὶ ταῖς ἠμὶ τοῖς ἀναπλεως
A. τὰς ἠμὶ τὰς ἀναπλεως ἢ τὰ ἀναπλεω
V. ὦ ἀναπλεω: in neutro ἀναπλεω sine Iota subscripto.

(Non fuerit existimandum, ex sola tertia simplicium hanc declinationem vocabula sua desumere. Sunt enim plura alia ex aliis declinationibus composita, ut ὁ γέας seu γαῖα terra, λεπτόγεως tenuem terram habens, σκληρόγεως duram terram habens. Ἀναῦς navis, ἀπείνεως supervacuus in navi, λειπόνεως qui reliquit navem. Sic ἀγέλως risus, φιλόγελως amans risus. Ἀγήρως senectus μακρόγηρως grandis senio. Ἀκέρας cornu, αἰγόκερως Capricornus, χρυσόκερως aurea habens cornua. Hæc tamen in ρως & λως terminata, communiter flectuntur per ωτος imparisyllabè.)

CAPUT X. DE QUINTA DEclinatione imparisyllaba.

Quot habet hæc declinatio literas terminales?

Nouem: quatuor vocales α, ι, υ, ω, & quinque consonantes ν, ρ, ξ, ψ. ϭ.

Et ut in hac declinatione plures sunt terminationes, quàm in superioribus, ita & genera hîc omnia reperiuntur, quæ paulò maiore attentione cum ex terminationibus ipsis, tùm ex usu & Lexicis cognoscenda.

Ta-

Tabula 5. declinat.

S. α.
ι
υ
ω
ν ος ι α
ρ
σ
ξ
ψ

De vocativo traditur seorsim:

D. ε οιν ε
P. ες σι ας ες
ων
α ξι α α
ψι

Da exempla.

S.N. ὁ αἴας Aiax	ῥήτωρ Rhetor
G. τοῦ αἴαντος	ῥήτορος
D. τῷ αἴαντι	ῥήτορι
A. τὸν αἴαντα	ῥήτορα
V. ὦ αἶαν	ῥῆτορ
D.N. & A. τὼ αἴαντε	ῥήτορε
G. & D. τοῖν αἰάντοιν	ῥητόροιν
V. ὦ αἴαντε	ῥήτορε
P.N. οἱ αἴαντες	ῥήτορες
G. τῶν αἰάντων	ῥητόρων
D. τοῖς αἴασι	ῥήτορσι
A. τοὺς αἴαντας	ῥήτορας
V. ὦ αἴαντες	ῥήτορες

Aliud.

S. N. ἡ ἐσθής vestis	κύλιξ calix
Frequentissima autẽ verbi Substantivi ellipsis est, ut ὠτῶν καὶ γλώσσης μέγας ὁ κίνδυνος, Aurium & linguæ magnum est periculum, Nilus. φιλόπονος ἐκεῖνος, ᾧ χρόνος οὐ περισσεύει, ille laboris est amans, cui non abundat tempus, Idem. Aliquando tota oratio, aliquando Infinitivus cum articulo, loco nominativi est, ut τὸ μὴ μηδὲν συνόλως ἁμαρτάνειν ἴδιον θεοῦ, in nulla prorsus re peccare, solius Dei est, Philo. ἀρχὴ σοφίας, φοβεῖσθαι τὸν κύριον initium sapientiæ, timor est Domini.

Cæterũ in numero quoq; occurrit anomalia. Nonnunquã enim nomini singulari multitudinem aut speciem significanti, tribuitur verbũ plurale, quæ Synthesis etiam Latinis est usitata, ut ὡς φάσαν ἡ πολυθὺς sic dixerunt multitudo. Hom. σωθήσεται δὲ γυνὴ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, Salua fiet mulier per generationem liberorum, si manserint (sc. sexus muliebris) in fide & dilectione, 1. Tim. 2.

Vsitatissimum autem est, neutris pluralibus tribuere Verbum singulare, ut ζῷα τρέχει, pro τρέχουσι, animalia currunt. πολλά σε πράγματα εἰς μανίαν περιτρέπει, nimium studium te ad insaniam redigit, Act. 16. Hanc q; Syntaxin proprie Atticorum esse volunt.

Quin & dualibus interdum tribuuntur pluralia, sicut & pluribus singularibus unum plurale, quod tamen interdum etiam ad ultimam vocem relatum in singulari ponitur.

Vtriusque anomalia est, ἀκούετε λεῶς, *audite populus.*

2. Verba substantiva, vocativa, & nuncupativa, utrumque Nominativum admittunt, ut, εἷς θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς δ' ἅμα καὶ πολύολβος, unus Deus est sapiens, potens simul & perfectè beatus, Phocyl. τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος, sapientiæ verò divinitus inspiratæ sermo est optimus.

Sæpè posteriori loco est participium, ut ἐγὼ εἰμι γράφων *ego scribo,* χάρις χάριν ἐστὶν ἡ πίστου ἀεὶ, *Gratia semper parit gratiam, Sophoc.*

Ad verba Nuncupativa referatur & ἀκούω *interdum, ut* σαμαρείτης ἀκούει ὢ δαιμονῶν, *Samaritanus vocatur & dæmoniacus. Greg. de Christo.*

GENITIVVS CVM VERBO.

1. Verba quæ animi affectionem aut studium designant, Genitivum exigunt, ut πάντα ἀγαθοῦ πνὶ ἐφίεσθαι δοκεῖ, omnia videntur bonum aliquod appetere. μάλιστα δ' ἂν ὀξυθείης ὀρεχθῆναι τῶν καλῶν, maximè verò incitaberis, ut concupiscas studia honesta, Isocr. ad Demonst.

Plenius autem hæc regula ex sequente specialiori intelligetur.

2. Construuntur cum Genitivo casu ver-

verba *ABERRANDI & FRVSTRANDI*, *Isocr.* οἱ μὲν ἄριστα φρονοῦντες, ἐνίοτε διαμαρτάνουσι τοῦ διαφέροντος, *qui optimè sapiunt, aliquando ab utili aberrant.* ψευσθεὶς ἐλπίδος *spe falsus seu frustratus.*

ABSTINENDI, *Phocyl.* ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι, *sis contentus præsentibus, & ab alienis abstine.*

ACCVSANDI & ABSOLVENI. Quæ Accusativum personæ, sed Genitivum criminis aut pœnæ adsciscunt, Demost. οὐδεὶς αὐτὸς αὐτοῦ ἐκατηγόρησε πώποτε, *nemo seipsum unquam accusavit.* αἰτιῶμαι σε τούτου, *accuso de huius, vel de hac re. Interdum verò ordo hic invertitur,* καθ' ὑπαλλαγὴν, *ut* κατηγορῶ πολλὴν ἄνοιαν αὐτοῦ, *accuso multam imprudentiam eius. Interdum & crimen & persona in Genitivo ponuntur, ut* κατηγορῶ σου ἁπάντων, *accuso te de omnibus. Quandoq; utrunq; ponitur in Accusativo, ut* διώκω σε ταύτην τὴν δίκην ἡ γραφὴν, *reum te huius criminis facio. Quin & in Dativo uspiam personæ aut res effertur. In passivo autem dicitur,* τοῦτο κατηγορεῖται σου, *de hoc accusaris, &c. ABSOL. Demost.* ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων, *absolvo te à criminibus.*

ADMIRANDI, θαυμάζω σου *admiror te. Interdum tamen etiã cũ Accusativo vel solo, vel cum Genitivo, ut* τοῦτο πάνυ θαυμάζω καὶ ἀπιστῶ, *hoc omnino miror, minimeq; credo, Luc.* θαυ-

μάζω σε τῆς παῤῥησίας, ἢ ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ, admiror tuam in dicendo libertatem.

APPETENDI, DESIDERII, & negligendi, Isocr. ἐρέγομαι τῆς δόξης, appetens sum gloriæ. Interdum tamen habet Accusativum, ut ἃ μὲν ἐπιθυμεῖ ψυχὴ καὶ πιστεύειν φιλεῖ, quæ enim concupiscit animus, etiam credere solet, Heliodor.

Desider. Arist. πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει, omnes homines naturâ scire desiderant, seu omnibus naturâ cognitionis insitus est amor.

Neglig. τῶν φίλων ὀλιγωρεῖν, amicos non curare, sed neglectui habere, Xenoph. ἐγὼ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν· ἐδόκουν μὲν ὠφελεῖν τὰ ἴδια, ἠμέλουν δὲ ὡς ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐσπένδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δὲ ὥσπερ ἀρχῆς τῶν μηδὲν προσηκόντων. Neq; enim illi nullam prorsus Reipub. curam habebant, neq; publicis opibus fruebantur in privatis, aut alienas negligebant, sed eas administrabant ut privatas, ita eis abstinebant, ut abstinere debet prorsus alienis, Isocr. in Paneg.

APPREHENDENDI, Pind. in Nem. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς· ἅπτεται δ' ἐσθλῶν αἰεὶ χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει, obsonium autem invidis sunt sermones: attingit verò seu arripit probos semper invidia, & cum deterioribus non contendit.

ARCENDI seu prohibendi, Plutarch. εἴργω σε πυρὸς καὶ ὕδατος, interdico tibi aqua & igni

Sæpis-

sæpissimè tamen cum Accusativo construuntur.

ASSEQVENDI, Demost. οὐκ ἀσφαλὲς ἐπιλαμβάνεσθαι μεγάλης ἐξουσίας, *non tutum est, magnam potestatem consequi. Crebrò etiam Accusativũ admittunt, ut Pind.* ὁ δὲ καλὸν τι νέον λαχὼν ἀβρότατος ἐπὶ μεγάλας ἐξ ἐλπίδος πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις, ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν. ἐν δὲ ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται, οὕτω δὲ καὶ πιτνεῖ χαμαὶ, ἀποτρόπῳ γνώμᾳ σεσεισμένον, *id est, qui bonum aliquod recens nactus est, secundum spem suam volat super magno splendore, velocibus strenuitatibus habens præstantiorem divitiis curam. Sed brevi mortalium oblectatio crescit, itidem verò & cadit in terram, in fausto consilio concussa.*

COMMVNICANDI, Thucyd. χρὴ τοῦ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις, *oportet onus seu oneris partem amicis communicare. Herodotus verò in Dativo:* μεταδιδοῖ ἐυριβιάδῃ πέντε τάλαντα, *Euribiadi quinq; talenta impertit.*

CONANDI, Aristot. σοχάζομαι τοῦ ἡδὺς εἶναι *scopus mihi propositus est, ut placeam, conor placere. Sæpe cum Accusativo, Lucian.* πᾶσαν ἰδέαν πειράσαντες, *quum omne conatus genus conati essent, id est, quum omni ope conati essent.*

CONTEMNENDI, Isoc. καταφρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων, χρῆσθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων, *contemne illos, qui divitiis*

coacervandis occupati sunt, uti autem partis bonis non possunt. Nonnunquam cum Accusativo, ut πάντα τἀνθρώπινα ὑπερεώρα πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν συμβουλίαν omnia contemnebat præ consilio divino. Xenoph.

COPIÆ & INOPIÆ, Hesiod. σοὶ δ' ἔργα φιλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν ὥσκέ τοι ὡραίου βίοτου πλήθωσι καλιαὶ, tibi verò opera mediocria obire gratum esto, ut tibi tempestivo victu impleantur horrea. Chrysostomus, οἱ φίλων εὐποροῦσι, οὐκ ἂν ἐνθλίψει γένοιντο, qui amicis abundant, in afflictionibus esse non possunt: Laert. θεῶν μὲν ἴδιόν ἐστι μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν, Deorum proprium est, nulla re indigere eorum, qui diis sunt similes, pauca desiderare.

CVRANDI, Arist. τὸν θεὸν τῶν φαύλων οὐκ εἰκὸς ἐπιμελεῖσθαι non verisimile est, Deo homines malos curæ esse. Nonnunquam cum Accusativo.

DAMNANDI, Basil. ὁ μὲν κακὸς τάχιστα ἂν καταγοίη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ὁ ἀγαθὸς δὲ οὐδὲ τοῦ κακοῦ ῥᾳδίως, improbus facillimè condemnat bonum, bonus autem non tam facillime improbum, καταγινώσκω σε φόνου, & καταγινώσκω σου φόνον.

DIFFERENDI atq; DISTANDI, Xenoch. οὐδὲν διαφέρει ἄρχων ἀγαθὸς ἀγαθοῦ πατρὸς, bonus princeps nihil differt à bono patre, οἱ κόλακες οὐδὲν τῶν κοράκων διαφέρουσι, adulatores nihil à corvis differunt, Lucian. Nonnũquã cũ Dativo,

νο, ut ὅσον πλεονάζεις τῷ πλούτῳ, τοσοῦτον ἐλλείπεις τῇ ἀγάπῃ, quanto superior es divitiis, tantò charitates inferior, Basil.

DIMITTENDI, Sophocl. τέκνων ἀφοῦ liberos dimitte. Item cum Accusativo, ἀπόλυσον αὐτήν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν, dimitte eam, nam clamat post nos, Matth. 15.

DOLENDI, Eurip. ἑλλάδος τῆς ταλαιπώρου στένω, Græciam miseram deploro, Cum Accusativo, μετέστενον ἄτην, id est, μετεμελόμην, pœnitebat me erroris, Hom. στενάζω τὸν τεθνεῶτα, deploro mortuum, & cum gemitu defleo.

DOMINANDI & IMPERANDI, Herodot, αἱ συμφοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐχ οἱ ἄνθρωποι τῶν συμφορῶν, calamitates imperant hominibus, & non homines calamitatibus. Sæpè cum Dativo, Homer. πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει πάνθεσσι δ' ἀνάσσειν, omnes vult metu continere, omnibus imperare.

EMENDI & VENDENDI, Precium rei ponitur in Genitivo rariùs in Dativo, Matth. 10. οὐχ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, nónne duo passerculi assario væneunt? Basil. τῷ πολιτιμήτῳ αἵματι τοῦ θεοῦ ἠγοράσθης, μὴ γίνου δοῦλος τῆς ἁμαρτίας precioso sanguine Dei redemptus es, ne fias peccati servus. τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων, preto empti estis, ne estote servi hominum, 1. Cor. 7. Interdum offertur precium cũ præpositionibus πρὸς, ἀντὶ & similibus. Attendendæ

dendæ etiam particulæ πόσε, πολλοῦ, ὀλίγε. ut πόσε ἠγόρασας τὸ βιβλιον; quanti emisti librum? πολλοῦ ἐπριάμην magno pretio emi. Refer huc & verba permutativa, ut ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβε, χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων, qui cum Tydei F. Diomide arma permutabat, aurea, aneis, centum boves valentia, centum boves valentibus.

EXCELLENDI, ut ὅσον τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων κρείττονα ἐστί, quanto præstantiora sunt divina humanis, ἐν παντὶ πλεονεκτεῖν τῶν πολεμίων. in omni re superiorem esse hostibus, Xenophon. Contrar. μειονεκτῶ, ἐλαττοῦμαι.

FRVENDI, ut ἀπέλαυσαν καὶ τῆς φιλοτιμίας αὐτοῦ οἱ πολέμοι, hostes etiam eius ambitione commodum percepere, Plutarchus. Sæpe in malam partem: ut ἀπολαύει τὸ σῶμα κακῶ τῆς ψυχῆς. Et sic Hesiodus, πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἔταρος, Sæpenumero propter unum virum malum tota civitas pœnas luit.

Nonnunquam Genitivo additur Accusativus. Interdum cum solo Accusativo reperiuntur.

IMPLENDI & VACVANDI, Plato, ἡμεῖς δὲ παντὸς τοῦ βίου ἀεὶ γέμομεν ἐλπίδων ματαίων, non per omnem vitam vana spe referti sumus, Aristo. κενωθεὶς τοῦ πάθους, malo levatus.

INCIPIENDI & DESINENDI, Plato, ἀπὸ τῶν πρώτων ἄρξεται τὸ νήπιον κλαίειν καὶ ζῆν ἀπὸ λύπης

λύπης ἄρχεται, *in ortu primo infans plorat, & à dolore vitam auspicatur. Hesiod.* πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων, ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο τε δυσσομενάων, *Pleiadibus Atlante natis exorientibus (heliacè, circa 5. Maij) incipe messem, arationem verò occidentibus, Isocrat.* λῆγε τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος, *desiste à labore, dum adhuc laborare potes, Sæpe cum præpositione, ut,* τὸ μοῦ ἀπ' ἐμοῦ ἐμὸν γένος ἄρχεται, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ παύεται, *meum genus à me incipit, tuum in te desinit.*

LIBERANDI, Isocrat. in Paneg. ἅπαντα γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσαν, κοινὴν τὴν πόλιν παρέχοντες· καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν ἑλλήνων ἀπομύνουσαν, *Nunquam enim ab omni memoria destiterunt urbem suam præbere cummunem, & Græcos ab iniuriis quovis tempore vindicare. Idē* ὑπομένομεν τομὰς τῶν ἰατρῶν ἵν' ἀπαλλαγῶμεν πλειόνων ἀλγηδόνων, *sustinemus sectiones medicorū, ut liberemur à maioribus doloribus.*

MEMORIÆ & OBLIVIONIS, Isocr. in Paneg. ὧν ἐχρῆν ἐκείνους μεμνημένους, μηδέποτ' εἰς τὴν χώραν ταύτην ἐμβαλεῖν, *decuisset igitur illos, horum memores, nunquam in eam regionem impressionem fecisse, Stob.* ἄνθρωπος ὤν, μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης, *Homo cùm sis, memento comunis fortunæ. OBLIV. Sopho.* ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ καὶ βραχὺν χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστότων κακῶν, *quam dulcis est miseris malorum oblivio. Interdū cum Accusativo,* ἐὰν πα-

μελλυθότα μνημονεύης, ἄμεινον καὶ περὶ τῶν μελλόντων βέλεύση, si præterita memineris, melius etiam de futuris statues, Isocr.

PARCENDI, Prov. 13. ὁς φείδεται τῆς βακτηρίας μισεῖ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, qui parcit virgæ, odit filium suum. Phoc. πλούτει μὴ φείδε· μέμνησο ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις, opibus ne parce, memento verò, quòd mortalis sis.

PARTICIPANDI, Pind. in Nem. παῦροι δ' ἐν πόνῳ πεφυὶ βροτῶν καμάτῳ μεταλαμβάνειν, pauci mortalium in ærumna sunt fideles, ita ut sint participes laboris. Isocr. καὶ μᾶλλον ἐλεήσας καλεῖσθω τῆς παιδεύσεως τῆς ἡμετέρας, ἢ σὺν καινῆς φύσεως μεταλάχοντας, Græciq; hi patrius vocentur, qui eruditionem nostram perceperunt quam qui in eadem Græcia nati sunt. Præter genitivum rei aliquando Dativus personæ adiicitur κοινωνῶ ἢ μετέχω ξοὶ τῶν ἀγαθῶν, bonorum tecum sunt participes.

Privandi Hesiod.

Ἄφρων δ' ὃς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν
Νίκησε τέρεθ', πρὸς τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει,
Imprudens est, quisquis voluerit cum potentioribus contendere.
Victoria enim privatur, & cum pudore dolores patitur.

Chrysostomus. ἀποστερεῖν ἑαυτὸν τῆς σωτηρίας, privare se salute.

SEDANDI Isocr. Αθηναῖοι τοῦ πολεμίους τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν, *Athenienses ab iniuria hostes cessare fecerunt. Sæpe tamen cum Accusativo.*

SENTIENDI, Aristoph. αἰσθάνομαι ψόφου, audio strepitum, Plutarch. ἀεὶ σύμφερόν ἐστι ἀκούειν τῶν κρατούντων. τοῦ θεοῦ τοίνυν ἀκουστέον τοῦ ἀεὶ κρατοῦντος, semper expedit illos audire, qui rerum potiuntur, Deus igitur audiendus est meritò, quippe qui perpetuo dominatur. Et sic reliqua verba sensuum, ἅπτομαι tango λαλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸν μὴ ἅπτεσθαι bonum fuerit viro, mulierem non attingere, 1. Corinth. 7. γεύομαι gusto, οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν, non assuevit gustare mala. Eurip. ὀσφραίνομαι odoror, olfacio, ὀσφρᾶται τοῦ χρυσίου, adoratur aurum, Lucian.

Exceptio. Videndi autem verba Accusativum exigunt, Pindar. χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον, oportet autem unumquemque secundum se semper cuiuslibet rei considerare modulum Matt. 7. τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τῷ ἐν ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου; quid autem aspicis festucam, quæ est in oculo fratris tui? Verb. κλύω cum Dativo, Theogn. εὐχομένω μοι κλῦθι, precantem me audi, &c.

TENTANDI, Thucid. πειράσαντες τοῦ χωρίου

cum

cùm tentassent locũ. Item, cum Accusativo, Arist. πείρᾳ μὴ ἴσως σε, *fortassis tentat te, &c.*

3. Quæ materiam aut partem significant, cum verbis in Genitivo efferuntur, ut, τεῖχος πεποιημένον μυλίτου λίθου, mœnia facta ex molari lapide, Herod. *Sæpe additur præpositio* ἐκ *vel* ἐξ. ἕλκει σε ῥινὸς *trahit te naso, Lucian.* πίνω ὕδατος, *bibo de aqua, id est, partem aquæ, At* πίνω τὸ ὕδωρ *bibo aquam significat, bibo aquam omnem, vel bibo frequenter aut quotidie de aqua.*

4. *Adsciscunt & Genitivum, quæ laudem & vituperium, proprietatem, pertinentiam, & officium significãt, ut* ψυχῆς εἰμι ἐῤῥωμένης *sum animi fortis, Herod. Alias & Dativo efferuntur, ut* σώματος ὥρᾳ καὶ ἀκμῇ διαπρέπουσαι, *corporis forma & flore ætatis decoræ, Theoc. Item cum Accusativo, Luc. 16.* καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν, *& laudavit Dominus iniquũ dispensatorem, quòd prudenter fecisset. Soph.* εἰ φρενῶν ἐτύγχαν' αὐτὴ μὴ κακῶν, *si non esset hæc stolidæ mentis. Alias cum Accusat. Marc. 16.* καὶ ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, καὶ σκληροκαρδίαν, *& exprobravit illis incredulitatem suam, & cordis duritiem. Hel.* μὴ τῆς ὀργῆς γίνου ὅλος, *ne prorsus iræ succumbe. Arist.* πλούτου δὲ ἐστὶν ὑβρίζειν, *divitiarum est insolescere. Isocr.* ἔστι καλλωπιστοῦ, τὸ περίεργον, *est elegantuli nimia diligẽtia, Arist.* τὰς τῶν μαθη-

Laudis.

Vituper.

Possess. pertinent.

Officii.

ματικῶν

ματικῶν ἀρχὰς θεωρῆσαι, τῆς πρώτης ἐστὶ φιλοσοφίας, *Mathematicorum principia contemplari, primæ est philosophiæ.*

5. Sæpe verbis adiungitur Genitivus ἐλλειπτικῶς, ut subaudiantur, ut, ἕνεκα, ἀπὸ ὑπὸ, ἐν, ἐξ, ὑπὲρ, vel aliæ præpositiones nonnullæ, ut, εὐδαιμονίζω σε τῆς τύχης, sc. ἕνεκα beatum te prædico ob felicitatem. λύω σε δεσμάτων sc. ἀπὸ solvo te vinculis. διώκω σε τῆς οἰκίας sc. ἐκ τῆς οἰκίας, expello te domo.

DATIVVS CVM VERBO.

1. Dativo enunciantur, quæ caussam, instrumentum, modum agendi, aut similem circumstantiam significant, ut. τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ, mortuus est apoplexia Herodot. ἀκακίαν ἄσκει τῇ καρδίᾳ. καὶ ἁγνείαν τῷ σώματι, ταῦτα γὰρ ἄμφω σε θεοῦ ναὸν ἀπεργάζεται: exerce puritatem in corde, & castitatem in corpore. Vtraque enim ea te templum Dei efficiunt, Nilus. λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν δίδασκε, ἔργῳ δ' αὐτὴν κήρυττε verbo virtutem doceto, opere autem eandem declarato, Idem.

2. *Cum Dativo construuntur, verba ADORANDI seu supplicandi, ut Theogn.* θεοῖς εὔχου οἷς ἐστι μέγα κράτος, οὔτι ἄτερ θεῶν, γίγνεται ἀνθρώποις οὔτ' ἀγαθ' οὔτε κακά, *Diis supplica, quibus est magna potentia: neq; sine Diis eveniunt hominibus, seu bona seu mala. Aliquando cũ Accusati-*

cusativo, ut Matt. 4. ὕπαγε σατανᾶ, γέγραπται γὰρ κύριον θεόν σου προσκυνήσεις abi Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis.

ADMONENDI seu hortandi. Plut. Αἰσιπποις παρεκελεύετο τοῖς νέοις, τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι, ἅπινα αἰ τοῖς ναυαγήσασι συγκολυμβήσαι quæ sic Vitr: Tum Arist. ita mandavit dicere, eiusmodi possessiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiã è naufragio unà possent enatare.

AMICITIÆ & familiaritatis, Lucian. μηδὲν κοινωνήσῃς τῇ Νηρηίδι, ne habeas rem cum Nereide.

APPROPINQVANDI. Dion. Halic. ἐγγίσας τῇ πόλει, cum appropinquasset urbi. Sæpe cum præpositione, Matt. 21. ὡς ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, & cum appropinquasset Hierosolymis.

CERTANDI, Pittacus, μὴ ἔριζε γονεῦσι κἂν δίκαια λέγῃς, ne contendas cum parentibus tuis, etiamsi iustam habeas causam.

COLLOQVENDI. Chrysost. πᾶς ὁ προσευχόμενος, τῷ θεῷ διαλέγεται, omnis qui orat, cum Deo colloquitur.

COMITANDI & sequendi. Mosch. ἕπεται τοῖς τερπνοῖς εἰώθασι τὰ λυπηρὰ voluptatem sequi solet tristitia.

COMMODI & Incõmodi. Pind. in Pyth. ἀλλὰ κέρδει ἡ σοφία δέδεται, verùm lucro etiã prudentia irretitur. Hes. αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι σὺν αἰεί semper autem dilator operis cum damnis luctatur. Idẽ, οἳ αὖτ' κακὸν τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ

ἄλλω κακὰ τεύχων, ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, *sibiipsi mala fabricatur vir, alij mala fabricans, malum verò consilium consulenti pessimum.*

CONCEDENDI *seu permittendi. Matt. 19.* ὁ μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ἡμῶν ἐπετρέψεν ὑμῖν ἀπολαῦσαι τὰς γυναῖκας ὑμῶν, ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω, *Moses ad duritiem cordis vestri permisit vobis repudiare uxores vestras, cæterum ab initio non fuit sic.*

CONFIDENDI, *Theod.* δεῖ τῷ θεῷ θαῤῥεῖν καὶ τοῖς ἐκείνου πηδαλίοις πιστεύειν, *Deo confidere oportet, & eius gubernaculis niti, Hesiod.* ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε πέποιθ' ὅγε φιλίτῃσι, *qui verò mulieri confidit, confidit is quidem furibus.*

CONVENIENDI *& congruẽdi, Pind.* συμποσίῳ τρέπει ἡσυχία *tranquillitas convenit convivio*

CONVERSANDI, *Men.* σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφὸς κακοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ κακὸς, *si cum sapientibus versaris etiam ipse eris sapiens, si cum malis versaris etiam ipse eris malus. Æsop.* δεῖ ὁμιλεῖν τοῖς βασιλεύσιν ἢ ὡς ἥκιστα ἢ ὡ ἥδιστα, *cum regibus aut quam minime, aut quàm iucundissime loqui oportet.*

CREDENDI *& diffidendi, Arist.* οὔτε πᾶσι πιστεύοντες, οὔτε πᾶσι ἀπιστοῦντες, *neq; omnib. credentes, neq; omnibꝰ diffidentes. Quandoq; cũ Accusativo, ut* πιστεύομεν γὰρ πάντα ἢ διὰ συλλογισμοῦ οὐ διὰ ἐπαγωγῆς, *probamus omnia, aut ꝑ Syllogismũ, aut per inductionem, Idem.* Dan-

DANDI & ADIMENDI, *Miles. apud Laert.* οἵους ἂν ἐράνους ἐνέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοιούτους αὐτὸς ἐν τῷ γήρᾳ παρὰ τῶν τέκνων προσδέχου *qualia parentibus præstiteris beneficia, talia vicissim in senectute à liberis tuis expecta. Phoc.* πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃ, *mendico da statim, neq; cras redi, dicas.*

EXPROBRANDI, μὴ ὀνειδίσεις τῷ φίλῳ σου χάριτας, ἔσῃ γὰρ ὡς οὐ δεδωκώς, *ne exprobres amico tuo beneficia, alioquin eris, tanquam non dederis.*

GAVDENDI, *Xenoph.* οὐδενὶ οὕτω χαίρεις ὡς φίλοις ἀγαθοῖς, *nonnulla ex re tantam capis lætitiam ac voluptatem, quantam ex bonis amicis. Sæpe additur præpositio,* πῶς ἂν εἴην δῆλος χαίρων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς; *quibus signis declarabo lætitiam, quam ex rebus tuis prosperis percepi?*

IGNOSCENDI, *Matth. 5.* πρῶτον διαλλὰ γηθὴ τῷ ἀδελφῷ σου καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου· ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ ἕως ὅτου εἶ ἐκ τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ, *primùm reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Habeto benevolentiam cum Adversario tuo citò, dum es in via cum illo. Aristiph.* σύγγνωθί μοι *ignosce mihi,* συγγινώσκω σοι οὗτο, *vel* συγγινώσκω σοι τούτου, *ignosco tibi hoc.*

INCREPANDI *seu obiurgandi, Isocr.* θυμουμένοις μὲν φίλοις εἴκειν δεῖ, πεπαυμένοις δὲ τῆς

ὀργῆς

ὀργῆς ἐπιπλήττειν, *iratis amicis cedendum est, ubi verò deferbuit ira, reprehendendi sunt.*

IRASCENDI, Hesiod. καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων, καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸν, ἀοιδῷ, *& singulus singulo succenset, & fabro faber, & mendicus mendico invidet, cantorq; cantori.*

IVBENDI, seu mandandi, Hom. σοὶ δ' αὐτῷ τὸ δ' ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ἠδὲ κελεύω, *tibiipsi hoc ego impero & impono.*

MINANDI, Hom. ἄλλο δὲ τοι ἐρέω καὶ ἀπειλήσω τό γε θυμῷ, *aliud verò tibi dicam, & animo etiam minitabor. Quandoq; Dativus personæ subintelligitur,* ἀπειλέω θάνατον, *mortem minitor, Herod.*

NVNCIANDI, Luc. 2. εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτος ἔσται παντὶ τῷ λαῷ, *annuncio vobis gaudium magnum, quod futurum est toti populo. Accus. rei, Actor. 5.* εὐαγγελιζόμενοι Ιησοῦν τὸν χριστὸν.

OBSEQVENDI & repugnandi, Actor. 5. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις, *obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, Iaco. 4.* ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν, *resistite Diabolo, & fugiet à vobis.*

OCCVRRENDI, seu incidendi, Soph. μή σοι γέ πω δύστηνος ἀντήσας θάνοι, *ne tibi miser obviam factus moriatur, Hom. in Genit.* ἀντήσω γὰρ ἐγὼ τοῦ δ' ἀνέρος.

PLACENDI & displicendi, Galatas 1. ἀρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω ἢ τὸν θεόν; ἢ ζητῶ ἀνθρώποις ἀρέσκειν? εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον, Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην, *nunc enim utrum hominibus suadeo an Deo? aut quæro hominibus placere? si enim hactenus hominibus placuissem, Christi servus haud quaquam essem.*

PROMITTENDI, Plutarch. ὑπισχνούμενος αὐτῷ ποιήσειν, *promittens illi se facturum.*

SERVIENDI seu ministrandi, Mat. & Luc 4. κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, *Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies.*

SIMILITVDINIS, Isocr. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους ὁμοιοῦται τοῖς ἄρχουσι, *civitatis mores ad exemplum regentum conformantur.* Hesio. τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν, *pariunt vero mulieres similes parentibus liberos.*

STVDENDI, Herod. σχολάζειν τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις, *vacare delitiis & crapula.*

SVFFICIENDI Syne. ὡς ἀρκέσω μεριμναις ἐχούσαις συνέχειαν, *quomodo par esse potero sollicitudinibus continuis.* ἀρκεῖ μοι ταῦτα, *sufficiunt ista mihi.*

VTENDI, Isocr. μηδένα φίλον ποιοῦ πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, ὡς χρηστέον τοῖς προτέροις φίλοις, *neminem tibi adiungas amicum, priusquam exploraveris quomodo prioribus amicis sit usus.*

ACCVSATIVVS CVM VERBO.

1. Activa

1. Activa verba, & quæ actionem significant, qualia sunt communia, deponentia & neutra, Accusativum regunt, ut Pind. in Pyth ῥάδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ φαυροτέροις ἀλλ' ἐπὶ χώρας ἄνθις ἔσσαι, δυσπαλὲς, *facile enim (est) urbem concutere, etiam imbecillioribus, sed in sedem suam rursum collocare, difficile.* βιάζεσθαι παῖδα ἐλευθέραν, *puellam ingenuam violare.* κατασοφίζομαί σε οὗτο, *dicipio te in hoc.* κατασοφίζομαι ὑπόσου οὗτο, *decipior à te in hoc.* θεὸν σέβου, γονεῖς αἰδοῦ *Deum cole, parentes reverere,* δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα, *cœnabit sumptuosè.*

(Sæpe tamen hæc absolutè ponuntur, aut cum Adverbio, vel præpositione. Quin & passivorum naturam haud rarò induunt. Sicut & activa quandoq; in neutra degenerant.

2. *Cum Accusativo construuntur, verba* BLANDIENDI, *Nilus,* πλούσιον μήτε κολάκευε, μήτε παρόξυνε, *diviti neq; adulare, neq; eundem irrita.*

CELANDI, *Nil.* τὰς ἀρετὰς κρύπτε, μάρτυρας καὶ οὗ βίου πολλοὺς κέκτησαι, *virtutes tuas celato: testes verò vitæ tuæ multos acquirere stude.*

COMMONEFACIENDI, *Thucyd.* νουθέτει τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ κατηγόρει τὸν πταίοντα· λοιδόρουμεν γὰρ τὸ δεύτερον, τὸ δὲ πρότερον διορθοῦντος, *admoneto peccantem, ne verò accusa errantem? alterum enim conviciatoris est proprium, alterum verò castigantis.*

DOCENDI, Hesiod. παρθενικὴν ἢ γαμεῖν ὥσκ' ἤθεα κεδνὰ διδάσκης, virginem vero ducito, ut mores castos doceas.

FACIENDI, Phocyl. μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους, πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι, neq; facies amicos adulatores mensipetas, multi enim potus cibiq; sunt amici.

FLAGITANDI seu exigendi, Chrysost. ὁ πάντας ἐντεῦθεν ἀπαιτεῖ δίκην ὁ θεὸς, Deus in hac vita non ab omnibus sumit pœnas.

INTERROGANDI, Ioan. c. 18. τί με ἐπερωτᾷς; ἐπερώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς, quid me interrogas? interroga eos? qui audierunt, quid locutus sim ipsis. Christus ad Pontificem.

MISERENDI, Nilus, εὐσεβὴς ὃν χρὴ πολλῶν ἐλεῶν, ἀλλ' ὃ μηδένα ἀδικῶν, pius est, non qui multorum misereatur, sed qui neminem iniuria afficit. At παραγγέλλομαι Genitivum regit, vel Accusativum cum præpositione.

PVDENDI, Rom. 1. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, non enim pudet me Evangelij Christi, potentia siquidem est Dei, ad salutem omni credenti.

ROGANDI seu orandi, Nil. μὴ ζήτει παρὰ θεοῦ τὰ ἡδέα μόνα ἀλλὰ τὰ συμφέροντα, ne petas a Deo dulcia, sed sola tibi salutaria. At δέομαι habet Genitivum.

VESTI-

VESTIENDI. Hesiod. καὶ τότε ἔασαθαι ἕρυμα χροὸς ὡς σε κελεύω, χλαινάντε μαλακὴν καὶ περμήεντα χιτῶνα. *Et tunc induere munimentum corporis, ut te iubero, chlenamq; mollem & talarem tunicam.*

3. Sæpè Accusativus cum verbo ponitur ἐλλειπτικῶς, deficiente præpositione κατὰ vel περὶ, vel simili, ut ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, doleo capite, seu, caput mihi dolet, Galen. ἀλγῶ τὸν δάκτυλον, mihi dolet digitus, Theocrit. πονεῖν τὰ σκέλη, laborare ex cruribus. Sic quoq; causalis ἀφὸ, Sophoc. πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγὼ rem quam ego dolui, id est, ob quam. Et finalis, οὐδὲν διοίσει ἕτερον ἑτέρου, nihil alterum ab altero differt, id est κατ' οὐδὲν, &c.

(*1. Observa eidem verbo pro diversa ratione & respectu diversos etiam casus tribui posse. 2. Eadem persæpe duplicem asciscere casum, quorum alter sit rei, alter verò personæ. 3. Haud rarò utrumq; casum personæ, vel etiam utrumq; rei assumere. 4. Quin & geminari interdum casibus eosdem vel personæ, vel rei, vel alterutrius. Sylb. in syntaxi Clen. minor. p. 458. & aliquot sequentibus.*)

VOCATIVUS CVM VERBO.

Vocativus iungitur verbis secundæ personæ aut Imperativi modi, & similibus, ut Hesiod.

De Atticismo Nominativi infra in Dialecto Attic.

σῃ, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ, ô Persa, tu verò hæc duo repone in animo.

(*Aliquando Vocativus omittitur, aliquando verbum Vocativo respondens.*)

DE VERBIS PASSIVIS, & passivè positis.

1. Passivorum proprius casus est Genitivus cum Præpositionibus ὑπὸ, παρὰ, πρὸς, & similibus, 1. Corinth. 11. κρινόμενοι δὲ ὑπὸ κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν, sed cum punimur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur. ἠγωνίσθη λαμπρῶς παρ' ἀμφοτέρων, ab utrisque fortissimè pugnatum est. Plutarch πρὸς θεοῦ καὶ πρὸς ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετίμηται, à Deo & hominibus debito honore affectus est. Lucian.

Huc referenda sunt etiam media & neutra, quando passivè usurpantur, ut ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν ὄφεων, extincti sunt à serpentibus, 1. Cor. 10. πολλοὶ μισοῦσιν ἐκείνους, ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν τεπόνθασι, multi eos oderunt, à quibus nulla iniuria affecti sunt.

Latini, audita mihi, visa mihi, &c.

2. *Sæpè verò præpositio omittitur, & Genitivus in Dativum mutatur, ut πεποίηται μοι τοῦτο, pro ὑπό μου, hoc factum est à me.*

Quæ in activa διαθέσει duplicem accusativũ, alterũ personæ, altrum rei admittunt, in forma passiva

passiva Accusativum rei retinent, ut διδάσκονται τὴν ἄλωσιν τῆς πάτρης, Spartæ capiendæ rationem edocentur.

Et sic, ubi in Activa voce Dativus personæ est, ut διδάσκομαί σοι γραμματικὴν, doceor à te Grammaticam.

DE INFINITIVI CONSTRUctione.

1. Duorum verborum alterum ponitur in Infinitivo, ut δοκοῖς παλιθὲς ἔμεν, videris aliquid veri dicturus.

Resolvitur autem Infinitivus per ἵνα, quando caussam aut finem rei donotat: vel per ὅτι, quando certam designat speciem, ut ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πεῖν, καὶ ἀνέστησεν παίξειν, sedit populus edere & bibere, & surrexit ludere, id est, ut ederet, biberet, luderet, Exod. 32. λέγω Σωκράτεα γενέσθαι σοφὸν, dico Socratem fuisse sapientem, id est, quod fuerit.

2. *Proprius casus est Infinitivorum Accusativus ut* αὐτὸν ἐφεσθαι τὸν θεὸν πίστευε, ἐν οἷς πράττεις ἑκάστοτε, *Deum ipsum semper præsentem adesse existima, in omnibus quæ agis, Nilus.*

3. *Verùm cùm verbum seu participium, Infinitivum præcedens, refertur ad eandem personam, Accusativus non adhibetur, ut* ἔφη ποιήσειν, *dixit se facturum, non adhibetur* ἐαυτὸν.

4. *Pro Accusativo sæpissimè ponitur Nominativus, ut* λέγω εἶναι φίλος, *dico me amicum esse,* φησὶν αὐτὸς ἄπιος γεγωνῆσθαι, *dicit se authorem fuisse. Et tunc potissimùm resolvitur oratio particulis* ὅτι, ὡς, ὅπως *aut aliis consimilibus.*

5. Infinitivi casus à tergo, convenit cum eo, qui est à fronte, ut, Φρύνιχος ἔδοξεν ἑς ταῦτα σὺν ἀξιώσει εἶναι, Phrynichus visus est ad hæc non imprudens. πάμπολλοι ἵνα μὴ τῶν δοκούντων εἶναι περιπνῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐκπέσωσι, καταφρονοῦσι τῆς μελλούσης ζωῆς, *permulti, ne bonis huius vitæ, sicuti videntur, excidant, futuram vitam contemnunt, Suid.* πρέπουσαν ἡμῖν βελτίστοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι, *decet nos, ut omnium hominum optimi simus, Isocrat.* τὸ ἓν καὶ τὸ σημεῖον ἀρχαὶ τισι δοκεῖ εἶναι, *videtur quibusdam unum & punctum esse principia, Aristot.*

Sæpè tamen Accusativus Infinitivo iungitur, non habita ratione casus præcedentis.

6. Verbum μέλλω frequenter Infinitivo iungitur, cum in tempore præsenti, tum quoque in Aoristo & Futuro, ut ὃ μέλλεις ποιεῖν μὴ λέγε, ἐὰν τυχὸν δὲ καταγελασθήσῃ, quod facturus es, ne dixeris: Si enim non succedit, irrideberis.

7. *In narrationibus sæpe compleres Infinitivi à verbis* ἔφη, λέγουσι, *& similibus dependent, in quibus deinceps schematismus orationis mutatur,*

tur, & indicativa fit oratio, Exemp. ponit Cruſ. p. 537.

8. Infinitivus aut tota oratio infinitiva, loco nominis in omni caſu ponitur, ut Plutarch. τὸ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν τοῖς σοφοῖς ἀπαρέσκειν ἐστὶ, vulgo placere, ſapientibus diſplicere eſt, Philip. 2. ὁ θεὸς ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, Deus eſt qui efficit in vobis, ut & velitis & perficiatis.

9. *Infinitivus ſæpè per Indicativum aut coniunctivum exponendus eſt, accedentibus particulis* ὡς, ὥστε, πρὶν, τρὶν ἢ, ἐπειδὴ, ἐφ', ᾧ, ὅσον οἷος, *& ſimilibus, in quibus tamen ſemper per ellipſin aliquid videtur ſubaudiendum, ut* συνέθεντο συμμαχίαν ὡς κοινῇ πολεμεῖν τῷ δυνάστῃ, *ſocietatem inierunt, ut communibus opibus bellum cum principe gererent, Diodor.* οὐδ' ὀβολὸν ἔχει ὥστε πρίασθαι βρόχον, *ne obulum habet, ut laqueum emat, Lucian. Et ſic in reliquis quoque.*

(Nonnunquam tamen particula omittitur, vel etiam cum alio modo conſtruitur: nonnunquam & Infinitivus deſideratur. Cruſ. pag. 533 & ſequent.)

DE GERVNDIIS ET SVPINIS.

1. Gerundiorum & Supinorum loco Græci nunc Infinitivis nunc Participiis utuntur: & quidem perſæpe cum Articulis præpoſitivis.

2. GERVNDIA in DI efferuntur Infinitivo,

finitivo & Abjectivo nomine, ut ἀκοντίζειν ἄριστος, jaculandi peritissimus, Herod. τὸ ψεύδεσθαι δουλοπρεπὲς καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις μισεῖσθαι ἄξιον, mentiri servile est, & dignum quod ab omnibus hominibus odio habeatur, Plutarch.

3. *Item cum Substantivo aut Participio, Substant. cum articulo, Eccl. c. 3.* καιρὸς τοῦ τεκεῖν, καὶ καιρὸς τοῦ ἀποθανεῖν, *est tempus pariendi, est tempus moriendi. Sine articulo,* ἔστι πολλάκις ἀκηκοέναι καὶ βεβουλεῦσθαι καιρὸς, ὅθ' ἡμεῖς οὐκ ἐθέλοσμεν, *audiendi & deliberandi sæpè occasio est, cum nos haud volumus, Demost. Particip.* ἐπιστάμενος πολεμίζειν, *bellandi peritus, Homer.*

4. *Aliquando solo particip. ut,* συγχωρεῖ θεὸς ἢ παιδεύων, ἢ δίκην ἀπαιτῶν, ἢ δοκιμωτέρους ποιῶν, ὡς τὸν Ἰὼβ *permittit Deus, (sc. ut grassetur Diabolus) vel erudiendi, vel puniendi, vel exercendi caussa, ut ostendit historia Iobi, Chrysost.*

5. *De Infinitivo cum articulo Genitivi casus suprà est expositum. p. 265. cui particula* ἕνεκα *nonnunquam expressè additur, Lucian.* οὐδὲν ἄπιστον πρακτέον τοῦ νικᾶν ἕνεκα, *nihil perfidè agendum est, vincendi caussa.*

1. GERVNDIA in DO exprimuntur per Infinitivum cum præpositionibus ἐκ, περὶ vel ἐν, regentibus articulum præpositivum, ut ἐκ τοῦ μηδὲν ἤδη ποιῆσαι, λήσομεν πάντα ταῦθ' ὑπομείναντες, ex nihil agendo impru-

imprudentes in ista omnia incidimus περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι τοὺς κακοὺς βουλεύεσθαι δεῖ, de puniendo malos deliberandum est, Demosthenes. τὸ πλουτεῖν ἐστιν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι, Divitem esse in utendo magis, quàm in possidendo consistit, Aristot.

2. *Interdum per participium efferuntur, ut,* πάντα φέρει φιλία καὶ πάσχουσα καὶ ἀκούουσα, *amicitia cùm patiendo tùm audiendo omnia tolerat, Nazianz.*

(*Interdum articulus solus ponitur sine præpositione, vel etiam prorsus omittitur,* ἀφεκτέον τοῦ συμβουλεύειν, *abstinendum à consulendo,*)

1. GERVNDIA in DVM efferuntur Infinitivo & Adjectivo nomine, ut Θεμιστοκλῆς κράτιστος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο Themistocles ad administrandum ex tempore res necessarias præstantissimus fuit.

2. *Item Infinitivo cum altero verbo, aut participio, ut* πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον, *vado ad parandum vobis locum. seu, ut parem,* αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν *ipsum da prona cadere, id est, pronum da occidendum. Homer.*

3. *Similiter per verbum finitum, & articulũ cum præpositionibus* πρὸς, εἰς, ἐπὶ, διὰ, *aliisq; consimilibus, ut* ἔξειμι πρὸς τὸ μάχεσθαι, *exeo ad pugnandum,* εἰς τὸ πειθομένους ἑκόντας ἔχειν τοὺς

ἀνθρώ-

ἀνθρώπους, *ad habendum homines ultrò dicto obedientes*, ἐπὶ τὸ θαρσεῖν, *ad fortiter sperandum, &c.*

4. *Nonnunquam per Adverbium* μεταξὺ *& participium Genitivi, vel alius etiam casus, ut* μεταξὺ λέγοντες ἢ λέγοντα, *inter dicendum.* μεταξὺ λουόμενος, *inter lavandum. Xenophon Persis* ἐπιχώριον *fuisse dicit,* τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν.

5. *Gerundia in* τέον *necessitatem aut officium designant, & cum Dativo vel Accusativo personæ, verbi sui casum postulant. ut* θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστὶ, *mors nobis eligenda est,* οὐ δουλευτέον τοὺς νοῦν ἔχοντας τοῖς οὕτω κακῶς φρονοῦσι, *non oportet prudentes servire tam perversè sentientibus.*

(*Interdum hic Accusativus pro Dativo ponitur,* ἐπισκεπτέον οὖν τὰ μὲν αὐτὸν, τὰ δὲ τὴν γυναῖκα *pro* τὰ μὲν αὐτῷ τάδε γυναικὶ.)

SVPINVM utrumq; nunc per Infinitivum, nunc per Participium exprimimus, ut Matth. 11. τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι, quid existis visum in solitudine? Isoc ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλὸν, quæ turpia sunt factu, ea ne dictu quidem honesta existimes.

CAPVT V. DE SYNTAXI Verborum Impersonalium.

1. Verba

1. Verba Impersonalia, personalium & finitorum constructionem imitantur, ut δεῖ χρημάτων opus est pecuniis, χρὴ φίλων opus est amicis, ἐλλείπει βιβλίων destituitur libris.

2. *Multa ponuntur absolutè, & casus sequentes à suis reguntur verbis, ut* οὐκ ἐγχωρεῖ ἔτι ποιεῖν, *non locus est hoc faciendi. Quomodo &* ἀκμάζει, ἐκπέδει, ἐνημερεῖ, ἡδᾷ, *&c.*

3. *Cum Genitivo rei & Dativo personæ construuntur* ἐλλείπω, μέτεσι, διαφέρει, μέλει, μεταμέλει, *ut Demosth.* ὧν ἡ ἐλλείπει τῇ πόλει ταῦτα προσθεῖναι, *quæ verò Reipub. deficiunt, ea adiungere,* διαφέρει μοι τόδε, *hoc interest mea.* οὐδὲν ἔτι διαφέρει ἐκείνου, *nihil differt hoc ab illo,* οὐ μέλει αὐτῷ τῶν προβάτων, *non est ei cura ovium, id est, oves non sunt curæ ei. Isoc.* πολλάκις τοῖς ἀνθρώποις τῶν πεπραγμένων μεταμέλει, *sæpe homines illorum, quæ facta sunt, pœnitet. Et sic in reliquis.*

(*Observa tamen sæpe etiam alios reperire casus, ut* τί σοι τοῦτο διαφέρει, *quid hoc tua interest* ἐλλείπει με τοῦτο *deficit me hoc.* οἴομαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν, *puto fore, ut te horum pœniteat, Aristoph.*)

4. *Dativum potissimùm habent* χρήγει, ἀρήγει, ἀρέσκει, ἀρκεῖ, δοκεῖ, ἐγχωρεῖ, ἐκπέλει, ἔξεστι, ἔχει, παρέχει, πάρεστι, συμβαίνει, σημαίνει, συμφέρει, ὑπάρχει, *ut Dioscorid.* ἀρήγει ποδαγρικῆς, *conducit podagricis. Hom.* εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος ὃ οἱ πλά-

οἱ παλάμῃφιν ἀρήσει, *prehendit autem hastam qua eius manus quadrabat.* ἀρκεῖ μοι ταῦτα *sufficiunt mihi ista Quædam etiam aliter construuntur, ut* εἰ οὖν τι σε τούτων ἀρέσκει. *si quid horum tibi placet, Thu.*

5. *Accusativum amant* ἀνήκει, δεῖ, καταλαμβάνει, κατεπείγει, μέλει, ὀφείλει, πρέπει, προσήκει, φιλεῖ, χρὴ, *ut* ἀνήκεισε *decet te. Menan.* δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας φέρειν, ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως, *decet viros bonos quicqud Deus dederit, eleganter ferre. Eurip.* τοὺς φίλους ἐν τοῖς κακοῖς, χρὴ τοῖς φίλοις ὠφελεῖν, *decet amicos in calamitatibus opem ferre. Sæpe autem* δεῖ, πρέπει & προσήκει *cum Dativo construuntur, ut* πολλῶν σοι δεήσει. *Item cum Genitivo* πολλοῦ δεῖ *multum abest. Pindar.* θνατὰ θνατοῖσι τρέπει *mortalia mortales decent, Demost.* προσήκει μοι οὗτο *hoc mihi convenit.*

(*Quædam Impersonalia personalibus retexuntur, ut* μεταμέλει μοι τούτου, *pœnitet me huius, &* ἐπιμέλομαι ἐπὶ τούτῳ *pœnitentia ob hoc ducor, Sylb. in Gram. p. 364.*)

6. *Passiva Impersonalia aut nullum omnino casum habent, aut eum, quem habent personalia, ut* αἰτεῖτε καὶ δωθήσεται ὑμῖν, *petite & dabitur vobis.*

(*Quandoq; hîc additur Accusativus contra Latinorũ morem, ut* ἀναγνώσεται δὲ πρῶτον ὑμῖν τὰς μαρτυρίας, *legentur autem vobis prius attestationes. Nonnunquam periphrasis hic est cum parti-*

particula τις, *ut* ὅταν τις σημήνῃ, *pro* ὅταν σημαίνηται.)

CAPUT VI. DE SYNTAXI Participiorum.

Da regulas Syntaxi Participiorum.

1. Participia imitantur verborum suorum structuram, ut τίπτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν, pariunt autem mulieres similes parentibus liberos. Hesiod. οὐκ ἔστι πένης, ὁ μηδὲν ἔχων. ἀλλ' ὁ πολλῶν ἐπιθυμῶν non pauper est, qui nihil habet, sed qui multa desiderat.

(*Observa autem, Participia nonnunquam degenerare in Nomina, & tunc cum Genitivis iungi ut* μάχης οὗ εἰδότε, *pro* εἰδήμονε, *seu* εἴδησιν καὶ τέχνην ἔχοντε, *Eustath. apud Homer. Iliad* 6.)

2. Absolutæ structuræ, consequentiam designanti, inserviunt participia in Genitivo casu, ut Nazianz. θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος, καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος, Deo dante, nihil valet invidia, & Deo non dante, nihil valet labor, ἐμοῦ παρόντος me præsente.

Estque hic aliquando ellipsis Nominis, aliquando ellipsis participii, ut χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν scil. παρόντος, hyeme jam appetente regressi sunt. ἐλθόντων δὲ cum autem venissent, sc. αὐτῶν ἐκείνων, aut simile quid.

Non-

Nonnunquam & reliqui casus adhibentur,
NOMINAT. ut, ἀνοίξαντες δὲ σώματος πόρες πάλιν γίνε ὃ τὸ πῦρ, *ubi meatus corporis aperuerunt, iterum fit ignis, Aristot. Talia etiã sunt,* ἐξὸν, *quum liceat,* δέον *cum oporteat,* δεῆσον *quum oportuerit,* ἐνδεχόμενον *cùm contingat,* ἀκουσθὲν *cùm auditum esset,* προστεταγμένον *cũ imperatum esset,* γεγραμμένον *cum scriptum esset, & similia participia cuiusvis temporis cum casu verbi sui in genere neutro.*

DATIV. ut καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, *cum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.*

ACCVSAT. præsertim verò cum particulis ὡς & ὥσπερ. *ut* ὡς τὸν ἄνδρα τοῦτο ποιήσαντα, *perinde ac si vir iste hoc fecisset.* δόξαν ἡμῖν ταῦτα ἐπορευόμεθα, *cùm hæc nobis visa essent, id est, his visis nobis, proficiscebamur.* ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, *quasi ei non esset aliqua regio, seu aliquis locus.*

Referuntur ad hanc regulam, μικρὸν δεῖν, ὀλίγου δεῖν, *& aliquando simpliciter* μικροῦ, *ut* ἄτοπα διηγῇ, καὶ μικροῦ δεῖν ἄπιστα, *absurda narras, & fere incredibilia, pro* δέοντος *vel* δεήσαντος, *Lucian.* μικροῦ ἔφυγε, *parum abfuit, quin effugeret,* ὀλίγου διῆλθε, *ferè evasit.*

Adhibentur & periphrasticæ formulæ loco Genitivorum absolutorum, quæ fiunt per Infinitivum

vum cum articulo & Præpositione, sequente Accusativo, ut ἐγένετο δ' ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐκεῖ, factum autẽ est in ipso esse eos ibi, id est, quum ipsi essent ibi, Luc. 2.

Eadem etiam per Aoristos efferuntur, ut ὁ δὲ Ἰωάννης ἀκούσας ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ, Ioannes autem cum audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, dixit ei, Matth. 11.

3. Participia serviunt brevitati, ut ἐγὼ προσελθὼν στῆθι πλησίον πατρὸς, atque nunc adiens, sta prope patrem, pro, accede ac sta.

Reddi autem non semper possunt participia Græca, participiis Latinis, sed horum loco usurpantur nomina, verba infinitiva, Supina, vel Gerundia, Adverbia, verba finita, præmissis particulis cum, si, etsi, quòd, ut, causâ seu gratia, & similibus.

Pro Nomine, ut τόξων εὖ εἰδὼς, pro ἔμπειρος τόξου, peritus sagittarum, aut per ellipsin subintelligendo τέχνῃ.

Pro Infinitivo, οἱ Πέρσαι λέγονται ἐσθίοντες κάρδαμον, καὶ πίνοντες ὕδωρ, Persæ dicuntur edere Nasturtium, & bibere aquam, Xenoph.

Potissimùm verò verba cognitionis, perseverãdi, desistendi, & alia quædam, animi affectionẽ significantia, loco infinitivorũ participiis inn-

guntur, ut αἰσθάνομαι ἁμαρτάνων, sentio me errare, δείξω πεποιηκὼς, ostendam me feciſse. σύνοιδα ἐμαυτῷ μὴ προσποιούμενῳ, conſcius ſum mihi, me nõ ſimulare ſeu fingere λέληθας δηλεύων, latuit te, te ſervire. λανθάνει πείθων, latet alios eum hoc facere, οἶδα ἰδὼν ſcio me vidiſſe, οἶδα ἀκούων ὅτι, ſcio me audiviſſe quòd, ſeu ſciout qui audiverim, μνημονεύω κελεύων σε memini me inſsiſſe tibi; μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον recordor, tale quid me feciſſe, εὐχαριστοῦντες οὐ διαλιμπάνουσι, gratias agere non ceſſant, &c. Sic etiam nominibus adjectivis notitiæ participium loco Infinitivi adiungitur, ut, δῆλος εἶ συκοφαντῶν, manifeſtum eſt, te calumniatorem agere, pro δῆλόν ἐστι σὲ συκοφαντεῖν. Et mutatis caſibus, φανερῶ γιγνομένῳ αὐτὸ καταβάντος, cum patefactum eſſet, eum deſcendere.

Pro Supino & Gerundio. ἦλθον ἀμυνοῦντες, veniebant opitulatum, ſeu opitulandi cauſsa, ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος, qui victus eſt pugnando, ἀλεκτρυὼν χρήσιμός ἐστι τοῖς ἀνθρώποις, ἐπεγείρων αὐτοὺς ὄρθρου τὰ ἔργα νυκτὸς gallus hominibus utilis eſt ad excitandum eos noctu ad labores, Æſop.

Pro Adverbio. πλοῦτῶντες ἐπείθησαν τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν λέγοντας ἐκβαλεῖν, ad extremum (ſeu tandem) perſuaſi ſunt ſuos patronos ejicere. Potiſsimùm verò ſi præmittatur verbũ φθάνω aut λήγω τελῶ, ut ἔφθησαν ἀναλώσαντες αὐτοὺς ἢ τυχόντες ὧν ἤλπισαν, prius eos aſſumpſerunt, quàm aſſecu-

φθάνω ἢ λήγω τελῶ.

assecuti sunt, quæ sperabant, Plu. ἄφθαρτος ὢν διατελεῖ, perpetuo est incorruptus. Et sic verbum λανθάνω quoq; nonnunquam exponitur, ut ἔλαθεν ὑπεξελθών σε, clam te egressus est, vel ἀντίστρ. hoc modo, ὑπεξῆλθε λαθῶν, Lucian.

Cum particulis, Etsi, Cum, Si, Quòd, Vt τελικῶς: ut ἀνὴρ εὐεργέτης καὶ ἀγαθὸς ἐν ἀχαρίστοις ὑπάρχων, ὅμως οὐ διαστρέφεται vir bonus & beneficus etiamsi versatur inter ingratos, tamen nõ mutatur. ὁ μὴ διδοὺς δεομένῳ οὐδὲ αὐτὸς λήψεται δεόμενος, qui nõ dat indigenti, nec ipse accipiet cùm indigebit, Democr. κἂν μὴ σφόδρα ἧς ἄξιος μὴ ἀπογίγνωσκε, ἔχων μέγαν συνήγορον τοῦ δικάζοντος, ne sis abiecto animo propter indignitatẽ tuam, cùm habeas magnum patronum ipsius iudicis authorem, Chrysost. εἶπέ μοι, πῶς ὄψει τὸν ἥλιον μὴ προσκυνήσας τὸν πέμποντα τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς γλυκύτατον φῶς, πῶς ἀπολαύσεις τραπέζης, μὴ προσκυνήσας τὸν τοσοῦτων ἀγαθῶν δοτῆρα; Dic mihi, qua fronte aspicies Solem, si non adorasti illum, cui oculis tuis dulcissimã lucem indidit? qua fronte capies cibum, si non adorasti tantum bonorũ datorem, Idem. ὁ νεώτερος διονύσιος ἔλεγε, πολλοὺς τρέφειν σοφιστὰς, οὐ θαυμάζων ἐκείνους, ἀλλὰ δι' ἐκείνων θαυμάζεσθαι βουλόμενος. Dionysius iunior dicebat, se multos alere liberaliũ artium doctores, non quòd illos admiretur, sed quia per illos aliis admirationi esse vellet, Plutarch. ὅρκον ἔπακτον προσδέχου διὰ δύο

Quòd.

Vt, τελικῶς.

προφάσεις· ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρὰς, ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων, *cum iurare cogeris, ob duas caussas id facere debes: aut ut te crimine turpi liberes, aut ut amicos à periculis conserves, Isoc. Possel. p. 171.*

4. *Eadem participia orationi etiam dilatandæ inserviunt. ut* τυγχάνω ἐρωτῶν σε, *pro* ἐρωτῶ σε, *interrogo te, &c. Vide Dialect. Atticam.*

5. *Sæpè casus nominis aut pronominis casum participii trahit, ut* οὐδενὶ πώποτ' οὐδ' αἰσχρῶς οὐδ' ἀκλεῶς ἀπέβη, τοὺς ἱκέτας ἐλεήσαν τι, *nemini unquam vitio datum est, supplicum misereri.*

Eleganter participia quædam redundant, potissimùm verò ὤν, ἔχων, φέρων, *& similia, ut* οἴχεται ἀπιὼν *abit.* λῃρεῖς ἔχων *nugaris,* ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων θηβαίοις *summisit se Thebanis. Contra ellipsis est,* τὴν μηδὲν *sc.* οὖσαν *quæ nihil sum.*

CAPVT VII. DE SYNTAXI ADVERbiorum & Interiectionum.

1. Adverbia derivata suorum primitivorum structuram imitantur, ut οὐχ ὁμοίως οἱ ὁ πλλοὶ τοῖς σοφοῖς κρίνουσι, vulgus & sapientes non eodem modo judicant, Aristot. ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ita ut viro bono dignum est, Plat. ἔξοχα πάντων, supra omnes, præstantius quam omnes.

2. Adjectiva neutrius generis, tàm in singu-

ſingulari, quam plurali pro Adverbiis ponuntur, ut προχειρότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον, promtius quam prudentiùs. Dionyſius. πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας, primùm Deum cole, deinde vero tuos parentes.

3. Sic & fœminina in Dativo ſingulari, ut χρὴ τοὺς φίλους παῤῥησίᾳ λαλεῖν, decet amicos liberè & apertè loqui.

ADVERBIA CVM NOMINIBVS.

4. *Genitivum regunt, Adverbia loci, temporis, numeri, ordinis, ſeparationis, & exceptionis, quantitatis, cauſſæ, celandi, admirandi, ſimilitudinis & comparationis, aut alia motus alicuius vehementioris, item præpoſitionum naturam habentia, ut,* ἐγγὺς τῆς πόλεως, *prope urbem,* πόῤῥω ἡμῶν, *procul à nobis.* ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, *coram Deo.* πάροιτε ποδῶν, *ante pedes.* ἕως τοῦ λόφου, *uſq; ad collem,* ἐκτὸς σώματος, *extra corpus.* ποῦ γῆς, *ubi terrarum.* μεταξὺ ἡμῶν, *inter nos,* κύκλοθεν τοῦ θρόνου, *circum thronum. Interdum poſtponuntur,* οὗ ἔξω *extra quod,* οὗ ἔσω, *intra quod, &c.*

Loci. Præpoſ. Sim habent. Interdum alij caſus.

Κατόπιν ἑορτῆς ἥκειν, *poſt feſtum venire,* ἅπαξ τῆς ἡμέρας, *ſemel in die,* δὶς τοῦ μηνὸς, *dis in menſe,* τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, *ter in anno.* εὐθὺς τοῦ δείπνου, *ſtatim à cœna.* ὁπότε τοῦ ἔτους, *quo anni tempore,* ἕως τοῦ νῦν, *uſque ad præſens tempus,* μέχρι τῆς ἑσπέρας *uſq; ad veſperam,* πρωΐ τῆς ἡμέρας, *matutino diei tempore.* ὀψὲ τῆς ἡμέρας, *veſpertina diei parte.*

ἰλιὼν εἴσω, ἐγγὺς τῇ κοιλίᾳ.

Temp. & Numeri.

Ordinis. Ἐξω τῆς τάξεως, extra ordinem. ἐφεξῆς τῷ ἑνὸς, deinceps post unum.

Separ. & Except. Ἀνὺ καμάτου, sine labore. δίχα ἐκείνων, sine illis. ἐκτὸς ὠδίνων, sine doloribus. ἰδία τῶν ἄλλων, separatim ab aliis. Procop. ἔτι συμπόσιον ἀνευ ὁμονοίας, ὅτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει, neq; convivium sine concordia, neq; divitiæ sine virtute delectant. πλὴν ἄλλων, præter alios. χωρὶς τῶν εἰρημένων, præterea qua dicta sunt, πάντες πάρεξ τῶν ἐν Βεθσύρᾳ, omnes, exceptis Bethsuræis. Interdum postponuntur, πόνου χωρὶς, sine labore.

Quantit. Ἄλυς τῆς εὐδαιμονίας, satis felicitatis. πέρα τοῦ μετρίου, ultra quàm satis sit.

Caussa. Τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα, boni caussa. τῆς ἀληθείας χάριν, veritatis gratia, τοῦ κέρδους ἕναπι, propter lucrum. Interdum præponuntur ἕνεκα τῶν θηρίων, propter bestias. Quandoq; ponuntur in medio, τῆς ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας, privatæ simultatis caussa. Interdum reticentur, ὦ μακάριε τῆς τύχης, ô beate ob istam fortunam sc. ἕνεκα.

Celandi. Κρύφα τῶν ἄλλων, clam aliis, λάθρα πατρὸς clam patre, κρύβδα διὸς, clam Iove.

Similit. & Comparat. Ὄμβρος δίκην, ad instar imbris, ποταμοῦ δίκην ἢ πυρὸς, fluvii instar aut ignis, ἑρπητώδους νοσήματος τρόπον, more serpentis ulceris, Philo. μᾶλλον τῆς φύσεως magis quàm natura postulat. ἄριστα πάντων, omniũ optime. πλέον τοῦ δέοντος

magis

magis quam oportet. μάλιστα πάντων, *omnium maxime,* ἥκιστα πάντων, *omnium minime.*

Βαβαὶ τῆς ἀκτήτου ψυχῆς, *ô invictum animum.* ὦ τῆς ἀναισχυντίας, *ô impudentiam, &c.* ὦ *Admirando.*

5. *Dativum* regunt Adverbia congregativa, ut ὁμοῦ τοῖς συμμάχοις, unà cum sociis. θεοῖς ὁμοῦ, cum diis, diis juvantibus, Soph. ἅμα τοῖς ἄλλοις, simul cum aliis, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, unà cum prima luce.

6. *Accusativum* requirunt Adverbia jurandi, ut νὴ τὸν δία, ita per Jovem. μὰ τὸν ἀπόλλω, non per Apollinem.

APPENDIX.

(*Copulantur interdum Adverbia Synonyma aut propinqua, ut* νόσφιν ἄτερτε κακεῖν, *seorsim sine malis, Hesiod.* ἕως ὅτε *donec,* ἕως ἄρτι, *usq; ad hoc tempus.* 2. *Sine casu aliquando absolute ponuntur,* ἔτεϊ ἐγγὺς τριακόσια, *anni prope trecenti.* 3. *Quædam præpositionē adsciscunt, & ob eam casum mutāt,* μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον, *usis ad Solē.* 4. *Præmisso articulo subauditur participiū,* τὰ πορρωτέρω *sc.* ὄντα, *quæ longiùs absunt.* τοῖς νῦν *sc.* οὖσι, καὶ τοῖς πρότερον *sc.* γεγονόσι, *iis qui nunc sunt, & iis qui prius fuerunt,* ἡ κύκλῳ (*sc.* γινομένη,) κίνησις *motus qui fit in orbē. Aliquando autē articulis planè redūdat,* τὸ πρὶν *prius,* τὰ νῦν *nunc,* τὰ μάλιστα *maximè.* 5. *Adver.* μᾶλλον *sæpe comparativis additur, aut per pleonasmū, aut emphaseos caussa,* μᾶλλον εὐτυχέστερος *felicior. Interdum*

terdum deficit, ut βέλομ' ἐγὼ λαὸν σὸν ἐμμεναι ἢ ὀπολέσθαι, Homer. scil. μᾶλλον ἢ ὀπολέσθαι. 6. Negandi Adverbia iterantur nonnunquam, aut per Synonyma duplicantur, ad negationis vim magis intendendam. Vt enim apud Latinos duæ negationes simul iunctæ affirmant, sic apud Græcos fortiùs negant. 7. Superlativis frequenter præmittuntur particulæ ὡς & ὅτι, ὡς ὁσιώτατα quàm sanctissimè, ὡς ὅτι μαλακώτατα quàm mollissimè. ὡς ὅτι μάλιστα quàm maximè. Observa obiter ὡς quando pro ὅτως accipitur, habet acutum, (ὥς) ὡδί, ὧς ne sic quidem. Item quando sententiam claudit, πέλεκυς ὥς velut securis.)

ADVERBIA CUM VERBIS.

1. Adverbia loci, temporis, & similitudinis, modò cum Indicativo, modò cum Optativo aut Subiunctivo construuntur. ut ὅπου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν, ubi est thesaurus vester, ibi erit & cor vestrum. ὅποι ἴδοιμι ubicunq; viderem. ὅπου ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ubicunq; fuerit cadaver (ἐὰν pro ἂν ἀοριστολογικῶς)

Græci tamen frequenter utuntur Indicativo, ubi Latinis est Subiunctivus.

2. ἕως quandiu, donec, cum omnibus modis potest construi.

4. πρὶν construitur cum Indicativo & Infinitivo sæpè accedentibus particulis, ἤ, ἄν, μή, ut πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὰς, antequam convenirent ipsi.

4. Her-

3. Hortandi Adverbia regunt Imperativum; quandoq; etiam cum prima persona Subiunctivi iunguntur, ut ἄγε φίλησόν με, age osculare me, Lucian. ἀλλὰ φέρε ἴδω, age videam.

In Genitivo pro σοῦ *dicunt* σεῦ & τεῦ. *Theoc. Idyl. 10.*

In Dativo pro σοὶ, *Dor.* τοὶ, & τεὶν, & τὶν. *Homer.* ἄλλο δέ τοι ἐρέω *Theocr.* ἐγὼ δ' ὄπι τεὶν μεμάνημαι *ego autem tui cauſsa inſanio.* τὺ δ' ἐμέλῃ *tibi vero non curæ eſt, Idem.*

In Accuſativo, pro σὲ. *Dor.* τὺ. *Theocrit Idyll. 15.* τῶ μικκῶ παρέοντ' ἀρηγύναι ὡς ποδορῇ τὺς *parvulo præſente: vide mulier ut aſpicit te?*

In plurali pro ὑμεῖς ὕμες

Porrò pro ὗς, *Doricè* εὖς.

In Dativo pro οἱ σφὶν.

In plurali pro σφεῖς, σφέες.

In Ac-

In Accusativo pro σφέας, σφέ.

Item μὶν & νὶν *cum Poetis ponunt pro* αὐτὸν αὐτὴν, αὐτὸ, *ipsũ, ipsam, ipsum. Quæ particulæ usurpatæ sunt pro* αὐτοὺς αὐτὰ, *Henr. Steph. in thesauro.*

Pro ἐκεῖνος *dicunt* τῆνος, *Theocr. Idyll.* α. αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, *si ille acceperit cornutum hircum, tu accipies caprum, &c Sic in fœminino.* τήνη τῆνον, & τῆνο, *Theocrit. Idyll. eodem.* αἰπὺ τε ῥᾶμα τῆνο λυκαονίδαο, *altumq; sepulchrum illud Licaonidæ.*

Pro σὸς, σὴ, σὸν, *habent* τεὸς, τεὰ, τεὸν, *Theocr. Idyll.* α. ἅδιον ὦ ποιμὰν τὸ τεόν μέλος, *dulcior ô pastor tuus cantus.*

Pro ταύτας, τούτας.

Deniq; pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος. *possessivis Pronominibus, dicunt* ἁμος, ἁμὰ & ἁμὴ, ἁμὸν, ὑμὸς ὑμὰ *vel* ὑμὴ ὑμὸν. σφὸς, σφὴ *vel* σφὰ σφὸν, *deducentes nimirum hanc formam à Nominativis pluralibus pronominum superiorum,* ἐγὼ, σὺ, οὗ, &c.

Apud Homerum etiam ὅ *reperitur, pro* ὅτι, *Doricè.*

CAPVT VI. DE VERBIS.

Expone Dialectum Doricam in verbis?

Prima persona pluralis terminata in μεν. *Doricè mutatur in* μες, *cùm in activa, tùm in passiva & media diathesibus, omniũ modorũ & temporum,*

porũ, ut τάτλομες, pro τάτλομεν, ἐτάχθημες pro ἐτάχθημεν. τετάγαμες, pro τετάγαμεν, Theocr. Idyll. 7 εὕρομες ἄνδρα, in virum incidimus. Ibidem κοὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, nec dum mediam viam emensi eramus.

Tertia pluralis quorumcunq; temporum, omnium modorum, tam activæ, quàm mediæ vocis, terminata in σι, Doricè desinit in τι, ita ut ωσι migret in ωντι, per ω, ουσι in οντι. per ο, ῦσι in ῦντι, ασι in αντι, ut τάττοντι, pro τάττουσι. τάττωντι pro τάττωσι, & ita deinceps. Theocr. Idyll. 6 καὶ γὰρ θὴν οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν ὥς με λέγοντι, neq; n. admodum turpem formam habeo, ut de me dicunt.

In quarta Conjugatione pro ζ præsentis characteristica Dorice est σδ, ut κωμάσδω, pro κωμάζω, Theocr. Idyll. 3. κωμάσδω ποτὶ τὰν Αμαρυλλίδα, procatum eo ad Amaryllida, συρίσδω pro συρίζω, φράσδω pro φράζω. Theocr. Idyll. α. ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι, iam indicat omnia Sol nobis.

INDICATIVUS.

Dorienses nova quædam verba è præteritis solent formare, ut τετάχω pro τάττω.

In secunda & tertia singulari, è diphthongo ει posteriorem auferunt, ut τάττες, τάττε, pro τάττεις, τείς, τάττει.

Pro θέλω dicunt λῶ, per abiectionem syllabæ initialis: Et in secunda persona λῆς pro ἐθέλεις. Theoc. Idyl. α. λῆς ποτὶ τᾶν νυμφᾶν, vis per Nymphas.

In

In Imperfecto *Dorienses sedecim illa verba, quæ ad ε adjiciunt ι loco augmenti, augent per η, ut* ἕλκω, εἷλκον, *Dor* ἦλκον.

Item in Imperfecto & utroq; aoristo Indicativi variatur tertia pluralis Bœoticè, ut pro ἐτάχθησαν, *&* ἔταγον: *Bœotice dicitur* ἐτάχθοσαν, ἐτάξασαν *&* ἐτάγοσαν.

Imperfecto *præteritum Atticum si maxime excedat trium syllabarum numerum, penultimam tamen Doricè etiam extra positionem longam manere potest, ut,* εἰλήλυθα, *pro* ἐλήλυθα, *quod Atticum est pro* ἦλθα.

Item tertia pluralis Dorica, Chalcidicè per Apocopen abbreviatur, ut πέπαχων *pro* πεπάχασι, *quod Doricum est, pro* πεπάχασι.

Futurum primum *Dorienses circumflectunt in ultima in omni coniugatione, ut* δωσῶ *pro* δώσω, *Theo. Idi. 3.* σωσῶ *pro* σώσω *statuã, Idy. 5. Nominatim etiam in quarta coniugatione* σ *vel tollunt vel mutant in* ξ, *ut pro* πάσω, *dicunt* παξῶ, εἷς, εἶ. *&c. pro* καθίσω καθιξῶ, πάζω, πάσω, *Dor.* πάξω, *Theocr. Idyll. 4.* παξας τᾶς ὄωλᾶς, *prehendens ungula. Quod & alia quædam, pauciſsima tamen, imitantur, quæ non ſunt quartæ coniugationis, ut* κλείω, κλείσω. *Dor.* κλάξω, *unde Aor. α.* ἔκλαξα. *Imper.* κλᾶξον, *cum compoſ.* ἀπόκλαξον *excludere.* Δοκαασεῖς *dicit Theocritus, pro* δοκήσεις, *geminato* σ, *& Doriſmo duplici. Idem intelligendum de Futuro,*

Medio,

Medio, ut ταξῶμαι, *pro* τάξομαι. ἀβαίνω βήσομαι. *Dor.* βασῶμαι & βασεῦμαι. *Sic* κείσομαι, κεισῶμαι, & κειτεῦμαι, *Theoc. Idyll. 3. Ab* ἀγωνίζομαι ἀγωνίσομαι, *Att.* ἀγωνιῶμαι. *Dor.* ἀγωνιεῦμαι. *Sic* ἀνδραποδίζομαι ἀνδραποδίσομαι, *Att.* ἀνδραποδιῶμαι, *Dor.* ἀνδραποδιεῦμαι, *in servitutem rapio.*

IMPERATIVUS.

In Imperativo, *Doricè mutatur* ε *in* ον, *more Syracusano, ut* λάβον, *pro* λάβε, τύπον, *pro* τύπε.

INFINITIVVS.

In Infinitivo *iota detrahunt, ut* τύπεν, *pro* τύπειν. πιπεῖν, *pro* τυπεῖν. χεάφεν, *pro* χεάφειν. *Eustath. pag. 41.*

Item ει *diphthongorum vertunt in* η, *ut Theoc. Idyll. 15.* αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήζουτι καθεύδην, *feles molliter volunt dormire.*

PARTICIPIA.

In participiis fœmininis præsentis, υ *mutatur in* οι, *ut* τύποισα, *pro* τύπουσα. *Pindar. Od. 1. Olymp.* ζοισαν ἀμφ' ἀκμάν, *pro* ζουσαν. *Secus tamen fit in contractis verbis. Ibi enim* υ, *quia in crasi est, mutatur in* ῦ, *ut* ποιέουσα, ποιοῦσα. *Dor* ποιεῦσα.

Aoristis participialibus in ας *terminatis, addunt* ι. *ut* τύψαις, πεάξαις, *pro* τύψας, πεάξας. *Reperitur & apud Pindarum fœminino generi iota servatum, ut* τύψαισα, *pro* τύψασα.

PASSIVVM.

Primam pluralem cum Ionibus in μεσθα *terminant, quæ communiter terminabitur in* μεθα. ταττόμεσθα, *pro* ταττόμεθα. *Anacreon.* τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα βίοτος τρέχει κυλισθεὶς ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα κόνις ὀστέων λυθέντων.

Rota nam velut curulis properat volucris ætas
Tenuis iacebimusq; cinis, ossibus solutis.

Vbi in secunda singulari ȣ *Ionicè resolvitur in* εο, *Doricè in eius locum substituitur* ευ, *ut pro* ἐτάττȣ, ἐτάττεο *Ion.* ἐτάττευ *Doricè. Theocrit.*

ἠνὶ δέ τοι δέκα μάλα φέρω, τηνῶθε καθείλον ὦ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ.

Ecce autem tibi decem poma fero illinc, unde Me iubeas decerpere. ἐκέλευ, *pro* ἐκέλȣ, ἀκέλομαι, *quod planè poeticum est.*

Et sic in Imperativo frequentissimè. Theoc. Idyll. 9. ἐμὶν δὲ τὺ βωκολιάσδευ, *mihi autem tu canta.*

In Aoristo primo *& secundo tertia pluralis variant Bœoticè, ut pro* ἐτάχθησαν, ἐτάγησαν, ἔταχθεν *&* ἔταγεν. *Eustath. format à prima plurali.*

In Optativo *passivo pro* η *Doricè est* α. *ut* γενοίμαν, ἱκοίμαν, *pro* γενοίμην, ἱκοίμην. *Idyll. 3. apud Theoc.*

In Futuro *medio secunda singularis quandoque patitur contractionem, ut ab* ἐργάσομαι *fit* ἐργάσῃ *& ablato* σ, ἐργάῃ, *contractim Doricè & Bœoticè* ἐργᾷ.

DE

DE CIRCVMFLEXIS.

Fit quandoq; ut Dorienses verba Barytona circumflexorum instar inflectant.

In prima Conjugatione *quandoq; crasis fit in ου, Dorice mutatur in ευ, ut ποιεύμεν, pro ποιοῦμεν, ποιεῦσα pro ποιοῦσα. Theocr. Idyll. 1. & 5. ὧδε καλὸν βομβεῦτι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι, hic suave susurrant in alvearibus apes.*

Deinde Optativi præsens formant ποιώμην ῴης &c. pro ποιέοιμι, έοις Et sic in 3 quoq; circumflexorum χρυσώην, ῴης.

Ex infinitivo iota detrahunt, ut in Barytonis, ποὲν pro ποιεῖν. Item diphthongum ει vertunt in η, ut suprà κοσμὴν, pro κοσμεῖν.

In secunda Conjugatione, *pro βοάεις βοᾶς: Dorice fit βοῆς, per monophthongum. Dores enim iota subcriptum facilè negligunt: quem morem & Attici in quibusdam sequuntur, πεινῆς διψῆς, ζῆς, esuris, sitis, vivis, &c.*

Item, tertiam pluralem præsentis mutant in Dativum participialem, ut pro βοῶσι βοῶντι, ἐξαπατῶντι, Pindar. Od. 1. Olymp. οἷα γελῶντι, quale ridens, Theocrit. Idyll. α.

In Infinitivo, pro βοᾶν, dicunt βοῆν.

Participia circumflexa in ῶν, efferunt per ᾶν, ut γελᾶν, pro γελῶν.

In passivo pro secunda singulari præsentis βοάῃ βοᾷ dicunt βοῇ, vel βοᾶσι.

DE VERBIS IN MI.

In tertia *singulari præsentis Indicativi, vocis activæ, omnium coniugationum, ultimam syllabam in ι mutant: ut pro τίθησι, τίθητι. Theocr.* ὡς δὲ φθίμενόν μιν ἄτερ μασδοῖο τίθητι. *Ita pro ἵησι, ἵητι. pro δίδωσι, δίδωτι, pro ζεύγνυσι, ζεύγνυτι.*

Tertia pluralis *Doricè similis est Dativo singulari participiali, ut* τιθέντι, *pro* τιθεῖσι. *Sic de reliquis Coniugationibus.*

In Imperfecto *Indicativi primæ Coniugationis, pro tertia plurali, Doricè & Bœoticè est* ἐτίθεν, *pro* ἐτίθεσαν.

In perfecto *primæ Coniugationis, activæ vocis* ει *Bœoticè ponitur pro* η τέθεικα *pro* τέθηκα. *Tradunt enim Grammatici, ubi Dores servant* η, *Bœoti scribunt* ει, *ubi Dores, mutant* η *in* α, *ut* ἵαμαι, *pro* ἧμαι, *illic Bœoti servant* η.

Tertia pluralis *Aoristi* β, *Doricè & Bœoticè in omnibus Coniugationibus formatur à prima singulari, longa mutata in suam brevem: ut,* ἔθεν, *pro* ἔθεσαν, ἔξαν, *pro* ἔσησαν, ἔδον *pro* ἔδοσαν.

In quarta, *si adsit Aoristus secundus, fit, ut* υ *in prima singulari censeatur longum, in tertia plurali Doricè positum breve: ut* ἔδω *pro* ἔδυσαν *Observandum, in quibusdam id per totum tempus integrè fieri: ut à* κτῆμι, *interficio, fit* ἔκτιλω, ἔκτις, ἔκτι, *Dor.* ἔκταν, ἔκτας, ἔκτα, *&c.*

In passivo, *Dores ut in Circumflexis, ex*

craſi

crasi natum, mutant in ευ, *ut pro* ἐτίθεσο, ἐτίθεο, *per crasin* ἐτίθου *&* *Dorice* ἐτίθευ, *Idem sit judicium in reliquis modis & temporibus.*

In secunda Conjugatione, *Aoristus 2. Imperativi pro* στῆθι *facit* στᾶθι. *Et in Infinitivo pro* στῆναι στᾶναι. *Sic* μέμνανται, *pro* μέμνηνται. *Pind. Olymp. Od. 6.* ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ, οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέμνανται καλὸν ἔτι ποναθῇ, *id est, Periculorum autem expertes virtutes neq; apud homines, neq; in navibus cavis prætiosæ sunt. Multi autem meminerunt, si quid præclarum elaboratum fuerit.*

In tertia Coniugatione, pro δίδου *Imperat. Dorice est* δίδοι, *da, Pind Od. 1. Olym.* τὸ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι, *tu verò eventum gratum da.*

Anomala *in* μι, *quicquid habent huic dialecto affine, ex dictis promptum est agnoscere, ut pro* φημὶ φαμὶ, *Theocr.* φαμὶ τὸ νικασεῖν ὅσσον θέλω αὐτὸς ἀείδων, *aio me victurum esse te canendo quantum volo, pro* φασὶ, φαντὶ. *Item pro* φήσω, φασῶ, φασεῖς, *&c.*

Pro ἴσημι, ἴσαμι, *pro* ἴσμεν, ἴδμεν *pro* ἴσασι, ἴσαντι, *Theocr* πάντα γυναῖκες ἴσαντι, *omnia mulieris, norunt, pro* ἴσην ἴσαν.

Pro εἰμὶ ἐμμὶ, *pro* ἐστὶ, ἐντὶ. *pro* ἐσμὲν, εἰμὲν *&* εἰμὲς, *Theocr. Idyll. 2.* πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμὶς, *utrũ mortui an vivi sumus, pro* εἰσὶ, ἐντὶ *Pind. Od. 9. Olymp.* ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ πα-

ραίτεραι μία δ' οὐχ' ἅπαντας ἅμμε θρέψει μελέτα. *sunt enim aliæ viæ aliis transitu faciliores, unicum autem non omnes alet studium, pro* εἷς ἐσσὶ, *pro* ἦ ἦς. *Theocr. Idyll. 6.* ἦς δ' γαλάνα *erat autem tranquillitas.*

Pro ἦμεν, ἦμες, *Theocr. Idyll. 14.* πόσιος τοι τέπαρες ἐνβάθει ἦμες, *nos quatuor bene poti eramus pro* ἔσομαι, ἐσοῦμαι & ἐσεῦμαι. *Et poet* σ *geminato* ἐσσεῖται *pro* ἔσεται. *Hesiod.* οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται ποιεῖσθε καλιάς. *Non semper æstas fuerit, componite nidos.*

Pro εἶναι, ἔμμεναι & ἦμεν & ἦμες. *Theocr. Idyll. 14.* πολλοῖς δοκέων καλὸς ἦμες, *qui multis pulcer videtur esse.*

Ex verbis impersonalibus, pro χρὴ, *dicunt* χρήσθαι.

CAPUT VII. DE RELIquis Orationis partibus.

Ex Adverbiis pro πῇ *dicunt* πᾷ *Theocr. Idyll. α.* πᾷ ποκ' ἀρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο πᾷ ποκα νύμφαι, *ubinam eratis, quando Daphnis liquescebat? ubinã ô Nymphæ? pro* πότε πόκα, *Theoc. Idyll. 10. pro* ὅτε, ὅκα & ὅκκα: *Idyll. 4. & 11. pro* ὅπη *vel* ὅπου, ὅπα. *Idyll. 4. pro* τότε, τόκα

pro

pro ἄλλοτε ἄλλοκα Theocr. χὠ ζεῦς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος ἄλλοκα δ' ὑει. Et Iupiter interdum est serenus, interdum pluit. pro πάντῃ παντᾷ Idyll. 8. παντᾷ ἔαρ παντᾷ δὲ νομοῖ ubiq; ver, ubi pascua. pro οἴκαδε, οἴκαδες. pro ὡς, τὼς. pro ὁμοῦ, ἁμᾷ. Item τηνῶθε illinc, à τῆνος: pronomine Dorico, Idyll. 3.

Bœoticum est ἄας, cras.

Lingua Syracusana dicitur ἐνδοῖ, vel ἔνδοι, pro ἔνδον, intus Theocrit. Idyll. 15. ἐνδοῖ πραξινόα; intúsne Praxinoë?

E Præpositionibus, pro σὺν dicunt ἀνὰ. Hom. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ: idq; in Compositis elisionem aliquando patitur, ἄντεινον, pro ἀνάτεινον. Quin & absolutè ponitur ἂν, pro ἀνά. Pindarus, χρυσέοις ἂν ἵπποις.

Ponitur & κἂνις, pro καὶ ἄνευ, Henricus Stephanus in thesauro.

Habent etiam peculiarem iurandi formulam, ναὶ τὼ σιὼ, ἤγουν, νὴ τοὺς θεοὺς. Eustat. Iliad. α. ver. 234.

Pro præpositione πρὸς, usurpant ποτὶ & προτὶ. Bion. ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας

βάλομες ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλήονος ὄλβῳ
λαθόμεθ' ἦ ἄρα πάντες, ὅτι θνατοὶ γενόμεσθα
χ' ὡς βραχὺν ἐκ μοίρας λάχομεν χρόνον.

Et quousq; animũ ad lucra & artes applica-

mus semper desiderando multò maiores opes? Omnes sanè obliti sumus, nos mortales esse natos, & quòd breve tempus à Parca sortiti sumus

Quandoq; tamen in Compositis fit elisio, ut ποτὰν ματέρα *pro* ποτὶ τὰν ματέρα, *quod Doricum est, pro* πρὸς τὴν μητέρα. *Item* πόταγε & πότεχε, *pro* πρόσαγε & πρόσεχε, *Theocr. Idyll.* α πόταγ' ὦ γαςὲ *ades ô bone. Sic* ποτίθει, *pro* προςτίθει, *Idyll. 14.*

Pro εἰ *dicunt* αἰ, *Henr. Steph. in thesauro. Pro* εἴκη, αἴκε & αἴκα, *pro* εἴκεν, αἴκεν. *Item.* αἰ μὴ, *pro* εἰ μὴ *nisi, Idyll. 5. Et* αἴπερ, *pro* εἴπερ.

Item ὦν, *pro* οὖν *igitur, Pind. Od. 1. Epod. 3.*

Pro γὲ *dicunt* γὰ, *Aristoph.* ἐγώ γα, *pro* ἔγω γε *ego quidem, Henr. Steph.*

CAPVT VIII. DE SYNTAXI.

Hic etiam Enallage est casuum. Pro Genitivo singulari utuntur Dativo eiusdem numeri, potissimùm verò in 3. simplicium.

Item Enallage declinationum, ut δάμαλις, *pro* δαμάλη. *Theocr.*

Item Enallage modorum, Subiunctivi pro Indicativo.

Item Metathesis literarum, κρίκον, *pro* κίρκον.

Syncope etiam (quæ & Poetarum) ἔγεντο, *pro* ἐγένετο. *Theocr. Theogn. & passim.* ὁπάτζιον, *pro* ὁμοπάτζιον, *Plut. in Hom. vita.*

Deniq; Apocopæ Dorûm quasi propriæ sunt, ut δῶ *pro* δῶμα. *Iliad.* ψ. κέρα, *pro* κέρατο. *Iliad* δ. *vers.*

ver. 90. Plutarch. in Homeri vita, ἄψ pro ὀπίσω, μεταβολὴν, videlicet τὸ μὲν ο εἰς τὸ α, τὸ δὲ π, ἢ τὸ σ, εἰς τὸ ψ συγχωρὲς αὐτοῖς, Plutarch ibidem.

Tantum de Dialecto Dorica.

DE DIALECTO ÆOLICA.

CAPVT I. DE MVTATIONE Literarum & Diphthongorum.

Quinam potissimùm excoluêre hanc quoq; Dialectum?

Ex professo eam excoluisse fertur Alcœus. Frequenter tamen eandem Homerus etiam usurpat, sicut & Aristophanes, atq; alii passim.

Quæ hîc occurrunt literarum atq; diphthongorum mutationes?

Propria Æoliorum litera est Digamma, quæ vocibus à vocali aut diphthongo incipientibus præfigitur, ut Ϝοῖνον *pro* οἶνον.

Deinde α *quandoq; mutant in* ο, *ut pro* ἄνω *dicunt* ὄνω: *vel mutant in* ε, *ut pro* κρᾶτος, *dicunt* κρέτος, *pro* γαλώνη γελὼν *tranquillitas. Vel mutant in* η, *ut pro* ἀὴρ, *dicunt* ἠὴρ. *Item* γᾶν, *pro* γῆν. *Ioan. Gramm. Sed Doricum hoc magis est,*

Deinde adjiciunt & iota ad α, *ut, pro* μέλας, μέλαις, *pro* καλὰς, καλαῖς. *Item addunt literam* υ, *si non sequatur consona, ut* ναὺς, *pro* ναὸς, *templum* αὐὴρ *pro* ἀὴρ *aër,* αὐὼς *pro* ἀὼς αὐάτλω, *pro* ἀάτλω, *Tzezes.*

Deinde si post ε sequatur vocalis alia, frequenter apponunt υ, ut χεύαντες, pro χέαντες.

Pro ο scribunt ω, ὤμοιος, pro ὅμοιος. Vel υ quandoq́, ut ὔμοιος, pro ὅμοιος, Eustath. Iliad. α. κυμαίθα, pro κομαίθα, capræ sive vaccæ nomen apud Theocritum. Sic ὄνυμα pro ὄνομα, ὄλυμπος, tanquam ex ὁλόλαμπος, syllaba λα per syncopen excisa, & ο mutato in υ. Sic συφῦ, pro σοφῦ. Eustath. Iliad. ζ. Vel ε etiam, ut πρὲς pro πρὸς.

Pro η ponunt α, ut γᾶν, pro γῆν, vel ε quandoque, ut ἄρες pro ἄρης.

Pro υ ponunt ω, vel ι, ut pro ὑψηλός altus, ὠψηλὸς, vel ἰψηλὸς.

Pro ω scribunt nonnunquam ο, ut ὅρα, pro ὥρα.

Item pro vocali postpositiva aliquando consonans ponitur, ut pro σπείδω libo, dicunt σπένδω, pro σπείρω, σπέῤῥω pro γείνατο (quod scribitur pro ἐγένατο) γένατο.

Ex consonantibus, Æoles præponunt, aut anteponunt, aut geminant consonantes, ut ἔννη, ἄμμες ὔμμες, πέῤῥαμος, ὁ πρίαμος, νώνυμος, ὀκχος, Tzezes.

β à capite frequenter adijciunt, si nimirum dictio à litera ρ inchoetur, & syllaba sequens habeat unam ex literis δ, κ, τ, vel etiam ζ, ut βρόδον, pro ῥόδον, βράκος, pro ῥάκος, βρυτὴρ, pro ῥυτὴρ, βρίζα pro ῥίζα.

Pro

Pro δ, usurpant ζ potissimum in compositis ex præpositione Δια, ut pro Διαβάλλειν, dicunt ζιαβάλλειν.

Item θ, ut θάσσος pro δάσος, Henr. Steph.

Item β & γ aliquando in ζ convertunt, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον. ὀλίζων, pro ὀλίγον φύζη, pro φυγὴ Quæ tamen ad Doricam etiam & Ionicam Dialectos referuntur.

Item γ abjiciunt ex iis, quæ desinunt in υγξ, ut φάρηξ. Φέρμυξ, pro Φάρυγξ. Φέρμυγξ.

Pro ζ, ponunt δσ, ut pro ζεὺς, dicunt δσεὺς. Quod Dorienses in quarta conjugatione per Metathesin observant, ut κωμάσδω, pro κωμάζω, Theocr. κωμάσδω ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα

Pro θ ponunt φ nonnunquam, ut Φλάω, pro θλάω frango. Homer. Iliad. α. vers. 268. Φησὶν ὀρεσκῴοισι καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσαν. Eustathius tamen Atticum esse dicit, ut supra monuimus in Dialecto Attico.

Pro μ mutantur litera π, & contrà, ut pro μετ' ἐμέ, dicunt πετ' ἐμέ. pro μαθέσθαι, παθέσθαι.

Item si geminum occurrat μ, vertunt in geminum π, ut ὄππατα, pro ὄμματα.

Pro ξ ponunt κς, vel σκ, ut σκένος, pro ξένος.

Pro π nonnunquam reperitur κ, ut κοῆον, pro ποῖον.

Pro π usurpant duplex σ, ut ἐμπάσω, pro ἐμπίπω.

Pro σ usurpant τ, ut τύ, pro σύ, tu. Item δ, ut ἰδ-

μεν,

μεν, pro ἴσμεν, Iliad. β. 252. hocq; cum Doriensibus commune habent. Item θ, ut μηνιθμὸς pro μηνισμὸς, H. Steph.

Item pro σ utuntur litera ρ, ut ἵππορ, pro ἵππος. μάρτυρ, pro μάρτυς. Eustath.

Pro τ ponunt π nonnunquam, ut πέπραπται, pro τετραπται.

Pro χ ponunt φ, ut αὐφὴν, pro αὐχὴν, cervix.

Pro ψ habent πσ, ut πέλοπς, pro πέλοψ.

Deniq; cum Doriensibus commune habent, ut gaudeant geminationibus, ut οἵττινες, pro οἵτινες, pro σελήνη σελλάνα.

Ex diphthongis, αι posteriorem abijcit: præsertim vero, si immediatè sequatur vocalis, ut pro ἀρχαῖος ἄρχαος pro παλαιός καὶ ἀχαιὸς καὶ ἑταῖρος. πάλαος καὶ ἄχαος καὶ ἕταρος Eustath.

Diphthongus ει similiter posteriorem abijcit, & consonantem sequentem duplicat, ut pro χεῖρες χέῤῥες ἔῤῥω, pro εἴρω, unde Fut ἔρσω. φθείρω, unde φθέρσω. Item mutatur nonnunquam in οι, ut pro ὄνειρος Æolicè dicitur ὄνοιρος. Vel etiam mutatur in η, ut ἐλθὴν, pro ἐλθεῖν, Et ἀηδὰν ἐκ τοῦ ἀείδειν, τροπῇ αἰολικῇ τῆς ει διφθόγγου εἰς η διὸ καὶ τὰς σειρήνας ὡς καλὸν ἀειδούσας, ἀηδόνας, ὁ λυκόφρων ἐκάλεσε. Eustath. Iliad. α.

Diphthongus ου mutatur in ω, ut μῶσα pro μοῦσα, βωλὴ, pro βουλὴ, λαλεῦσα pro λαλοῦσα.

CAPVT

CAPVT II. DE DICTIONIS Affectionibus & Articulis.

Quid notandum in affectionibus dictionum: itemq́ Articulis?

Æoli spiritum asperum vertunt in tenuem, ut ἡμέρα pro ἡμέρα, ἠλιος, pro ἥλιος, ψιλοτικοὶ γὰρ αἰολεῖς, Eustath.

Deinde retrahunt accentum ab ultima in penultimam in dissyllabis, & in antepenultimam in polysyllabis, ut σόφος pro σοφὸς, πόταμος pro ποταμὸς.

Item monosyllaba circumflectunt, quomodocunque demum terminentur, ξεῦς pro ζεύς.

DE ARTICVLIS.

In fœminino genere *Genitivus pluralis* τάων *AEolicè effertur, pro* τῶν.

Quando Ionicè ὅτεο *dicitur, pro* ὅτινος, *Æolicè & poëticè dicitur* ὅττεο.

CAPVT III. DE NOMINIBVS.

Explica varietatem Dialecti hujus in Nominibus?

Generatim observandum, AEolios non curare numerum dualem, sicut nec Latinos, contra quam Græci alioqui & Hebræi faciunt.

In prima declinatione simplicium, *Genitivus singularis terminatur in* αο, *ut pro* αἰνείου, αἰνείαο. *Item in* ευ *nonnunquam, ut* αἰακίδευ *pro* αιακίδου.

Item

Item Genitivus pluralis in αων, *ut pro* αἰνειῶν, αἰνειάων.

In secunda declinatione, *Genitivum pluralem terminant, ut in prima, videlicet in* αων, *ut* θεάων, *Iliad.* ε. *vers.* 331. *pro* θεῶν *Item Accusativus in* ας, *addunt nonnunquam iota, ut* καλαῖς *pro* καλὰς, σοφαῖς *pro* σοφὰς.

In tertia, *iota in Dativo plane non subscribunt, quod Dorienses alioqui nunc subscribunt, nunc negligunt, ut* τῷ ὁμύρῳ.

Accusativum pluralem *formant, ut Dorienses, per* ως, τὼς ἵππως, *pro* τοὺς ἵππους.

In quinta, *monosyllaba in* αις *resolvunt per diæresin, ut* πάϊς *pro* παῖς δάϊς *pro* δαῖς.

μεὶς, μηνὸς *mensis, nomen Æolicum est, Gaza lib.* 2. *Gramm Tzezes in Hesiod.*

Item si nominativus terminatur in ων, *formant Vocativum in* ον, *per* ο, *accentu præterea retracto, ut* ἀπόλλων, ὦ ἄπολλον.

In compositis tamen *à* φρὴν, *& paucis aliis quibusdam propriis nominibus accentũ in penultima retinent, ut* δαΐφρων, ὦ δαΐφρον. λακεδαίμων, ὦ λακεδαῖμον.

Item fœminina *in* ις, *quæ Genitivum faciunt per* ιδος, δ *amittunt, ut* ἄρτεμις, ἀρτέμιδος *Æolicè* ἀρτέμιος.

Item masculina *in* ας, *terminant adiecto Iota ut* μέλαις, *pro* μέλας. *Observandum tamẽ non dici* αἰαις, *pro* αἰας, *ad vitandam videlicet*

κακα-

κακοφωνίαν, ob diphthongi geminationem.

Neutra *in* ας, *ut* τὸ κῶας, τὸ ὕδας, *ex hac declinatione in primam contractorum transferuntur*, ας *mutando in* ος, *ut pro* ὕδας, *dicatur* ὕδος ὕδεος ὕδει. γαῖαν ὕδει φύρειν. *Hesiodus in* ἔργοις. Vide Tzezen Hesiodi Scholiasten.

In Accusativo singulari, *pro* κνημίδα καὶ σφραγίδα *dicunt*: κναμὶν καὶ σφραγὶν, *Eustath lib. α. Iliad.*

In Accusativo plurali, *pro* κλεῖδας *dicunt* κλάδας.

Item Dativum pluralem *formant ut Iones à Nominativo eiusdem numeri. Quod & Poetæ imitantur.*

Item Dativum *formant, ac si in tertia declinatione vox inflecteretur, ut* τοῖς διλημμάτοις *pro* τοῖς διλήμμασι, *perinde ac si Nominativus singularis fuisset*, τὸ διλήμματον, &c.

In prima Contractorum, *è Vocativo ab ijciunt literam ultimam, in iis videlicet nominibus, quorum Nominativus in* ης *terminatur, ut* ὦ Δημόσθενε *pro* ὦ Δημόσθενες.

Genitivum *contrahunt, ut Dorienses, in* ἐ.

In secunda & tertia Contractorum *itidem Genitivum contrahunt per* ἐ *diphthongum* βασιλεῦς *pro* βασιλέος.

In quarta *Accusativum singularem contrahunt in* ῶν. *sicut Iones in* ῦν, *ut* λητόα λητὼ *communiter*, λητοῦν, *Ion.* λητῶν, *Æolicè.*

Ex

Ex numeralibus, pro οἱ καὶ αἱ τέσσαρες καὶ τὰ τέσσαρα, *Æolii dicunt* οἱ ἢ αἱ πίσυρες, καὶ τὰ πίσυρα, *&c.*

CAPVT IV. DE PRONOMINIBVS.

Quænam sunt observanda in Pronominibus?

Pronomen primæ personæ ab Æoliis circumflectitur, efferentibus nimirum ἐγῶ *&* ἐγῶν *pro* ἐγὼ *&* ἐγών.

Genitivum *tùm in hac, tùm in secunda & tertia persona cum Dorien sibus habent communem. Cyprii vero pro* ϝ *scribunt* Fίο *per digamma Æolicum, vel ut alii volunt,* γίο, *per gamma simplex. In duali pro* νῶϊ καὶ νῶ *Æolicè dicitur* ἄμμε. *Iliad* α. *vers.* 59. ἀτρείδη νῶϊ ἄμμε παλιμπλαγχθέντας εἴω.

In plurali, *pro* ἡμεῖς, ἄμμες.

Pro ἡμῶν, ἄμμων *&* ἀμμέων.

Pro ἡμῖν ἄμμι *&* ἄμμιν. *Iliad* β. *vers.* 137.

Pro ἡμᾶς, ἄμμας *&* ἄμμε.

Porrò in secunda persona, in duali pro σφῶϊ καὶ σφῶ *dicunt* ὔμμε, *In plurali* ὔμμες, *pro* ὑμεῖς. *Iliad* α. *vers.* 274. *&* 336.

Pro ὑμῶν ὑμμέων.

Pro ὑμῖν ὔμμιν. *Iliad*, α. *vers.* 260. *&* ὔμμι. *Iliad.* ζ. ἐπεὶ πὸν ὔμμι μάλιστα ἐγκέκλιται, *&c.*

Pro ὑμᾶς ὔμμας.

In tertia persona, *Pro* σφᾶς *in accusativo plurali Æolii dicunt* σφέ.

Quando

Quando in lingua communi dicimus ὁ σὸς, ἡ σὴ τὸ σὸν. *AEoli articulum pronomini adyciunt, & unam inde constituunt vocem* ὅσος, ἥση, τόσον.

CAPVT V. DE VERBIS ET RELIquis partibus orationis.

Recense Dialectum AEolicam in Verbis etiam, & reliquis orationis partibus?

Quoad Indicativum, in secunda & tertia singulari præsentis & futuri Indicativi ει *diphthongum immutant AEoles in* η, *ut pro* τάττεις, τάττει, τάττης, τάττη, *pro* τάξεις, τάξει, τάξης, τάξη.

In futuro *quintæ coniugationis AEolii interponunt* σ, *ut* σπείρω, σπερῶ *communiter*, σπέρσω *AEolice*. ψάλλω, ψαλῶ, ψάλσω. *AEolice. Sunt qui existimant, observari hoc tantùm in verbis in* ρω *desinentibus, sed & apud Poetas in verbis in* λω *hoc fieri, multis exemplis demonstrari potest, ut apud Homer. Iliad. α. vers: 400.* ἕλσαι *habetur ab* ἕλω. *Vide Eustath. Iliad. α. pag 17. Item* κέλσαι *sæpius inveneris, &* κέλσας *particip: AEolicum, à* κέλλω.

* *Adde &* κένσαι, *ab inusitato* κέντω, *pro* κεντέω, *stimulo, apud Poëtas: à quo etiam* κεστὸς *punctus, acu pictus: & compositum,* ἤκεστος, *non punctus, stimulum non expertus: in his enim* ν *ad vitandam asperitatem est elisum.*

In Optativo, *Aoristus primus peculiariter inflectitur,* τάξεια, ειας. ειε, *De quo in omnium*

ferè Grammaticorum institutionibus satis. Eustath. hunc Aoristum communem factum esse asserit, pag. 28. Iliad α.

In Subiunctivo *adijciunt ad secundam singularem desinentem in ης syllabam θα, ut ἐθέλησθα pro ἐθέλης. Iliad. α. vers. 556. Moschop. in Syntaxi θέλησθα, οἶσθα, ἦσθα, ἔφησθα, ad poeticam proprietatem refert.*

Infinitivum *desinentem in ειν. Æolii terminant in ην, ut pro ἐλθεῖν, dicunt ἔλθην:*

* *Sic κάλην, φίλην, φρόνην, pro καλεῖν, φιλεῖν, φρονεῖν. Vt paulò post. In participio φιλέντες dicunt pro ψιλοῦντες à φιλέω vel φίλημι.*

Perfectum participiale *terminant in ων, ut τετύφων pro τετυφὼς.*

PASSIVVM.

Quando prima pluralis terminatur in μέθα Æolicè desinit in μέθε vel μέθεν, ut pro λεγόμεθα faciunt λεγόμεθε, vel λεγόμεθεν. Idem iudicium de media διαθέσει.

Vtriusq; Aoristi tertia pluralis formatur à prima singulari, mutata nimirum ultima in εν, haud secus atq; in Dialecto Dorico. Eustath. à prima plurali format, ἀποβολῇ τοῦ η ἢ μ, ut ab, ἐτύφθημεν, ἔτυφθεν. Homer. δεινὼ γὰρ οἱ ὄσσε φάανθεν.

DE CIRCVMFLEXIS.

Ex quibusvis circumflexis Æolii verba in μι faciunt φιλῶ φίλημι, νοῶ, νόημι Tzezes tamen in Hesiod ἐργοις videtur. Att. tribuere Dialecto,

cum

cùm inquit ad versum 681. αἰνῶ ϗ κατὰ παραγωγὴν ἀττικὴν αἴνημι

Imperfecti tertia singularis, *in prima coniugatione* ει *vertit in* η, *ut pro* ἐφίλει, *Æolicè* ἐφίλη. *Plutarch. in Homeri vita.*

Infinitivos *circumflexos Æolii paroxytónos efferunt* κάλην, φίλην *pro* καλεῖν, φιλεῖν. *Item in* εν *terminant, ut Dorienses* λάβεν *pro* λαβεῖν. *Item in* εις *ut* νόεις *pro* νοεὶν.

In secunda, *iota subscriptum ascribunt, & efferunt pro* γελᾷς γελαῖς *pro* γελᾷν, γελαῖν. *Infinitivum etiam terminant in* αις, *pro* γελᾷν γελαῖς.

Infinitivum tertiæ *terminant in* οις, *ut* χρυσοῖς *pro* χρυσοῦς. *Item in* ομμεναι, *pro* ἀρῦν, ἀρόμμεναι. *Hesiod. vers. 22.*

DE VERBIS IN MI.

Æoli in prima verborum in μι, η *penultimæ syllabæ mutant in* ε *& literam* μ *sequentem geminant, ut pro* τίθημι *dicunt* τίθεμμι, *pro* φίλημι, φίλεμμι.

Posito Dativo participiali pro tertia plurali præsentis Indicativi, Dialecto Dorica, si accentus cadat in penultimam, Æolii eundem retrahunt in antepenultimam, ut pro τιθεῖσι, τιθόντι. *Doricè* τίθεντι *Æolicè. Sic* ἵσαντι, δίδοντι, *pro* ἱσάντι, διδόντι. *Et* οἴκεντι *habitant.* φίλεντι *amant,* ἴεντι *mittunt.*

In Imperativo, *Æolicè & poeticè brevis*

penultimæ mutatur in suam longam: idq; metri ratione ita exposcente, ut pro τίθετι, τίθητι *pro* δίδοθι, δίδωθι.

DE ANOMALIS.

Pro εἰμὶ *AEolicè dicitur* ἦμι.

Porrò secundis personis singularibus in σ *desinentibus adijciunt syllabam* θα, *ut pro* ῆς. ἤσθα *Pro* ἔφης ἔφησθα, *Plutarch. in vita Homeri.*

Eodem modo pro οἶδας οἶδασθα *dicunt & per concisionem* οἶσθα. *Iliad. α. vers. 85. pro* ᾔδεις ᾔδεισθα *Eurip. Cyclop. pro* εἶς *vadis,* εἶσθα *pro* ὤν ὄντος, *dicunt* εἶς ἔντος εἶσα εἶσης, *&c.*

DE RELIQVIS ORATIONIS partibus.

Ex præpositionibus usurpant κτ *pro* μτ.

Item pro ἀμφὶ *dicunt* ἀμπὶ, *Vnde composita* ἀμπέχω, ἀμπέχομαι, & ἀμπίσχομαι, *pro* ἀμφέχω ἀμφέχομαι, & ἀμφίσχομαι.

CAPVT VI. DE SYNTAXI.

Quænam Syntaxeos anomalia in hac reperiuntur Dialecto.

Enallage Dativi pluralis in tertia simpliciũ pro Accusativo eiusdem numeri propria est AEliorum ut τοῖς θεοὶς *pro* τοὺς θεοὺς. *Item Vocativum pro Nominativo ponunt, ut Attici* ἱππότα νέστωρ, *&c.*

Enallagen generis quoq; habent, ut ἡ ἀὴρ, *pro* ὁ ἀὴρ, *Homer.* ἠέρι πολλῇ. *Est & Enallage declina-*

clinationum usquam apud AEolios. Sic ἔρος dicitur AEolice in tertia pro ἔρως ἔρωτος, in quinta. Iliad. α. vers. 461.

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσις ἦν ἐρητύος ἔξ ἔρον ἔντο, &c.

Ex Metaplasmis, Prosthesis familiaris est AEoliis, ut βρόδον pro ῥόδον, ut supra quoq; in literis consonantibus monuimus.

Metathesis item & Syncope Posterior tamē in compositis maximè AEoliorum propria esse videtur, teste Plutarch. in Hom. vita ut ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν. ἄββαλεν, pro ἀνέβαλε, ἀββάλλε, pro ἀναβάλλε καββαλε pro καπέβαλε. Sic ἀγκρίνω pro ἀνακρίνω. ἀγκαλέω, pro ἀνακαλέω. ἀγκεφάτοι AEol. & poet pro ἀνὰ κεφάτοι, supra cornua. Henr. Steph.

* *Ad vocem ἄββαλε, rectius ἀπέβαλε. pro ἀνέβαλε autem, sive ἀνάβαλε dicitur ἄμβαλε, ut ἀμβαίνειν pro ἀναβαίνειν. ἄββαλε pro ἀπέβαλε abiecit, vel Imper. ἀπόβαλε abyce.*

Habent & Pleonasmum, ut εὐκηλος, pro ἔκηλος, αὐτὰρ pro ἀτὰρ, Plutarch.

Tantum de Dialecto AEolica.

DE PROPRIETATE POETICA, & retexendis Græcorum metris.

Caput I. De Etymologia.

Cùm Dialecti hactenus expositæ, ad retexendam poësin Græcam haudquaquam sufficiant: Velim ut deinceps quoq; ea, quæ Poëtis Græcis sunt propria, cùm in Etymologia, tùm in Syntaxi exponas?

Generatim observandum, poetas Græcos unam potissimùm suscipere excolendam dialectum, cui tamen & alias plures, vel pariter misceant, vel certum aliquam, qua delectentur, frequentius & crebrius.

Cæterum Poetæ amant conduplicationes consonantum post vocales natura breves; ut στήθεσσι, *pro* στήθεσι; *vel ancipites correptas,* ἔφρασσε *pro* ἔφρασε. *AEoli verò etiam post longam antecedentem,* πενθήσσῃς *pro* πενθήσῃς.

Diphthongum ει *sæpe per Pleonasmum inserunt, ut* θαμεὶὸς, *pro* θαμὸς ἐ θαμὰ, *pro* Φατὸς, Φατειὸς ἀ Φνὸς. ἀ Φνειὸς. σπερχὸς, σπερχεὶὸς. ἀδελ Φὸς. ἀδελφεὶὸς. ἀρνὸς, ἀρνεὶὸς *pro* ἑξῆς ἑξείης. *pro* βρώσω βρωσείω. πολεμήσω, πολεμησείω θῶ, θείω. κίχω. κιχείω. ἐρω, ἐρείω τὸ ἐρωτῶ *Eustath. pag.* 33. *Iliad.* α.

In prima declinatione *simplicium nominum in* της *desinentium, Vocativum singularem faciunt in* τη. Αἰήτης, ὦ αἰήτη. *Sicut eorum quæ in* πης *exeunt Vocativum in* πα, *ut* κυνώπης, ὦ κυνῶπα *Iliad* α.

Eundem Vocativum usurpant pro Nominativo (ut in Dialectis Attica & AEolica est dictum) adeo ut articulum etiam Nominativi liceat adijcere, ut, ὁ ἱππέτα νέστωρο, ὁ μητίετα ζεὺς, *&c.*

Porrò in sequentibus declinationibus secunda videlicet, tertia & qui, nta adeoq; etiã in contractis, sicut & in pronominibus quibusdã amant

para-

paragogen φι & φιν, qua adiecta nomina fiunt ἀκλιτα seu indeclinabila, ut, pro ἑτέρα, ἑτέρηφι. pro ἐυνὴ, ἐυνῆφι, pro ὀστέον ὀστεόφι pro αὐτὸς, αὐτόφι pro στῆθος, στήθεσφι & ita deinceps. Vsurpantur autem in omnibus ferè numeris & casibus: & paroxytonωs efferuntur, quum præcedit o: aliâs nativum accentum retinent, & iota etiam subscriptum in Dativo singulari secundæ simplicium: Odyss. ο. ἐν χειρὶ δεξιτερῇφι, in manu dextera, &c. Vide plenius Antesignanum & Syllburgium in notis, pag. 416. & 417,

In tertia simplicium, nominatim pro τοῖν λόγοιν in dual. Poet. dicitur τοῖν λόγοιῖν.

In quarta, quæ Atticorum est, Genitivus singularis ad ω recipit ο, ut ἡ πετεώ, ὦ πετεὼ, poet. πετεῶο, Hom. Iliad. β vers. 552.

In quinta speciatim Dativum pluralem non à Dativo singulari, sed nominativo plurali efformant ad εσ nimirum Adiecta syllaba σι, in neutris verò α prius in ες mutato, ut ab ἄνδρες, ἄνδρεσσι, ab ἔπεα, ἐπέεσσι. Pind. Olymp. Od. 5. ὑγίεντα δ' εἴτις ὄλβον ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι καὶ εὐλογίαν προστιθεὶς μὴ μαθεῖν σῃ θεὸς γενέσθαι, id est, sanam autem si quis opulentiam auget, contentus possessionibus & eandem adiungens, ne quærat Deus fieri.

Item Accusativum singularem nonnunquã in α terminant, qui lingua communi ita terminari non poterat, ut pro ἐυρὺν βότρυν dicunt ἐυρέα

βοτρύα, quasi à Genitivo deducentes, substituto α pro ος.

Item in Vocativo terminato in αν, ex iis, quæ per ν] declinantur, ν per Apocopen abijciunt, ut pro αἶαν, ὦ αἶα.

Pro πολὺ dicunt πολλὸν, quod & intentionis loco tanquam adverbium ponitur, pro πολλῷ. Hesiod. vers. 19.

Item nomina quædam variant multipliciter genere, terminatione & casu, ut, ὁ ἄρης ἄρ ἄρ: & ἄρης, ἄρητος: & ἄρης, ἄρεος, ους. & ἄρευς, ἄρεος, ηος, εος, & ϛος, quæ vocis huius variatio apud Lascarin habetur.

Sic κάρα, τῆς κάρας, & κρὰς, κρατὸς, in fœm. & κάρα, κρατὸς in neutro genere.

* κάρα & κάρη, facta sunt per Apocopen, κάρανον & κάρηνον neutrius generis & ἄκλιτα. Homer πολιὸν κάρη. Euripid. ξανθὸν κάρα.

Item χάρις, χάριδος, ιτος, & χάριστος, testibus Lascari & Chalcondyla θέμις, θέμιδος θέμιτος pleonasmo ϛ σ, θέμιστος, Eustath. pag 69. Iliad. α.

Item ex prima, secunda & tertia declinatione simplicium nonnunquam in quintam Dativũ singularem transferunt, perinde ac si vox ipsa in quinta declinatione inflecteretur, ut ἄϊδι pro ᾅδῃ Iliad. α. vers. 3. τῇ ἀλκὶ pro τῇ ἀλκῇ, ab ἡ ἀλκὴ robur. Vnde & compositum ἄναλκις, potius ex ἄλξ ἀλκὸς, quàm ex ἀλκὴ, ἀλκῆς derivatum

videri

videri possit. Pind. Olymp. Od. 1. ὁ μέγας ἢ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει, magnum periculum imbellem virum non admittit.

Sic τῇ παρθένι pro παρθένῳ. Item reperies οὔδει, apud Hesiod. ver. 61. tanquam ab ὕδος, in 1. contract. pro quo in usu est ὕδωρατος.

In αυς quæ Ionicè terminantur in ηυς, admittunt diæresin, ut ἡ ναῦς, νηῦς, poet. νηΰς, Sic γραῶς, γρηΰς, poet. γρηΰς τὸ δόρυ hasta & τὸ γόνυ genu poet. faciunt δουρὸς & γουνὸς, δουρὶ & γουνὶ transposito υ, tanquam è Nominativo monosyllabo in ρ & ν.

In prima Contractorum, pro Δημοσθένεε, Δημοσθένη, poeticè nonnunquam η mutatur in ει.

In plurali pro ως reperitur εν, ut Homer. Ες δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν pro ἐπιτηδεῖς, idoneos & habiles, sicut ἀκλέες, pro ἀκλεεῖς: & παλιμπετὲς, pro παλιμπετεῖς, Odyss. ε Eustath.

In secunda Contractorum, Poetæ nonnunquam eiusmodi sequuntur inflexionē, qualē Iones in tertia per ηος, ηι, ηα, & ita deinceps.

In tertia Contractorum, Dativum pluralem faciunt è Dativo singulari, ita ut σ inter ει interponant, ut à βασιλεῖ faciunt βασιλέσι pro βασιλεῦσι.

Summatim magna est Poetarum in contrahēdis nominibus licentia, potissimum vero in compositis propriis à κλέος, in ων vel ης terminatis.

In Comparationibus similiter magna est

Poetarum licentia. βέλτερος *dicunt pro* βελτίων *&* κακάτερος, *pro* κακίων. *pro* μείζων, *dicunt* μάσσων *Item* χερείων, *pro* κακίων: *cum Dativus* χερείονι *vertit* ει *in* η, *& admittit Syncopen literarum* ον χέρηϊ. *Sic in Accusativo* χέρηα, *pro* χερείονα. *Hom. Iliad.* α. κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.

Item Comparativos *& Superlativos à Comparativis & Superlativis variè deducunt, ut ab* ἔσχατος, ἐσχατότατος, *qui omnium maximè est extremus,* χείριστος, *pessimus, unde* χειριστότερος, *longè peior.* μονώσατος *omnium solus Aristoph.*

In Patronymicis, *Epenthesis* ᾗα *&* ᾗη *Poetis est familiaris, illa quidem in masculinis, hæc in fœmininis, ut pro* πηληΐδης *dicunt* πηληϊάδης. *pro* καδμίς, *Poet.* καδμηὶς. *Itē Syncopen reperias. Epenthesi contrariam, ut pro* ἠετιωνίδης, ἠετίδης.

Ex numeralibus, pro τέσσαρες *&* τέσσαρα. *Poet.* οἱ καὶ αἱ πίσυρες, καὶ τὰ πίσυρα, *& ita deinceps. Item* δοιὼ, *& in plurali* δοιοὶ *pro* δύω *Henr. Steph.*

DE ARTICULIS ET PRONOMINIBUS.

Apud Poetas frequenter articulus Præpositivus ponitur loco Subiunctivi.

Item articulus Subiunctivus nonnunquam ο *omittit, ut pro* ὅς *scribatur* ὅ. *Item pro* ὅς *dicunt* ὅστε.

* ὅ pro qui, non est articulus præpositivus pro Subiunctivo, ut Antesignan, indicavit, (præpositivus enim ab hoc & significatione & scriptura differt) sed est articulus postpositivus, ἀπελεύσει τοῦ σ inquit Eustath. amputato videlicet σ finali, pro ὃς, metro ita postulante, ut Iliad. α, ἠπείλησιν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστὶ Sic etiam in Compositione ὅπερ, pro ὅσπερ, qui? ut Iliad. η. ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων: & ὅτις pro ὅστις, qui, Odyss. μ. Quin, & istud ὅ in talibus compositionibus apud Poëtas interdum manet invariatum. Sic enim apud Homer. invenies ὅτινα, pro ὅντινα quem: & ὅτινας pro ὅστινας quas: nec non ὅτινα pro ἅτινα quæ, Iliad. χ. Rursum ὅ ponitur pro altero relativo ὅς. ι. αὐτὸς ipse: vel pro demonstratione οὗτος hic: Iliad. α ὁ γὰρ βασιλῆς χολωθεὶς is enim (vel hic) regi iratus: vide plenius N. Sylb. p. 434.

Et ὅτις pro ὅστις vel οἵτινες, ὅτινα pro ὅντινα ὅτινας pro ὅστινας. Item ὅτινα pro ἅτινα. Hen. Steph.

Pro οὗ poeticè dicitur τέο, & ponitur pro τινὸς cuius.

Poetis liberum est, articulum reservare integrum, etiamsi vox, cui servit, dialecti alicuius formam inducat, ut οὗ λόγοιο, pro τοῖο λόγοιο.

In pronominibus pro αὐτῷ frequenter ponunt οἱ, Iliad. α. vers. 72. & 79.

Pro αὐτὸν vel ἕ ponunt σφὲ, Sophoc. ἐγὼ σφ' ἀπεῖργαι, ego repressi eum.

Pro

Pro σοὶ Doricè & poeticè dicitur τὶν & τεὶν pro ἐμοί, ἐμίν.

Pro ἐκεῖνος Poet. & Ion. dicitur κεῖνος.

Interdum utuntur Primitivis pro Derivativis Hesiod. in ἔργοις. μὴ δ' γυνὴ σὲ νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτει. Vbi ponitur σὸ νόον, pro σὸν νόον.

Pro ὑμέτερος, α, ον, ὑμὸς, ὑμὴ, ὑμὸν. Henr. Steph.

DE VERBIS

In Verbis solenne & proprium est Poetarum, cum Ionibus quodlibet augmentum abijcere, idq; non in Barytonis tantùm, sed etiam in circumflexis, item in verbis in μι, & anomalis, ubicunq; augmenti ratio ferre potest, ut τύπτε, pro ἔτυπτε. ποίησα, pro ἐποίησα ἄκουσα, pro ἤκουσα.

Deinde fit, ut peculiarem verborum formam à communi lingua diversam faciant, ita pro ἀλέγω dicunt ἀλεγίζω. Iliad. α. vers. 180. Item ὁρόω pro ὁράω. &c.

In Imperfecto, *Aoristo α & β, primam singulare formant à secunda, augmento abiecto, & adiecta syllaba κον, ut pro ἔταττον, dicunt τάττεσκον pro ἔταξα, τάξασκον pro ἔταγον, τάγεσκον. Ita & in verbis in μι, pro ἐδίδω, δίδοσκον &c.*

In perfecto *in ρ duplicato solent alterum transponere, ut à ῥίπτω communiter fit ἔρριφα. Poet ῥέριφα.*

In Infinitivis *μ solent geminare, ut pro τύπτειν, τυπτέμεναι, Att. & Dor. τυπτέμμεναι. Poet.*

In

In Aoristis passivis *uspiam* ν *abundat*, *ut* ἐκρίνθην & ἐκλίνθην, *pro* ἐκρίθην & ἐκλίθην. *Sic* ἐπνύνθην, *à* πνύω *spiro*.

Item Syncopen admittunt, ut ἀνστήτην, *pro* ἀνεστήτην, *Iliad.* α. *ver.* 304. στεῦτο, *pro* ἐστεύετο *asseverabat, à* στέω, στῶ, *cum pleonasmo* υ, στεύω, στεύομαι.

In passiva & *media diathesibus*, *ubi tertia pluralis terminatur in* οιντο *poeticè terminatur in* οιατο: *ubi in* αιντο, *Poet. in* αιατο, *ut pro* τάττοιντο, ταττοίατο *pro* τάξαιντο, ταξαίατο.

In Optativo, *ante tertiam singularem interserunt* ε. *ut* μαχέοιτο, *pro* μάχοιτο. *Iliad.* α. *vers.* 272

In verbis *in* μι, *pro* τίθενται, *dicunt* τιθέαται.

Pro δύνασαι *secunda persona, à* δύναμαι *substituunt* δύνῃ. *Pyth.* ὄφρα δύνῃ, & καθόσον δύνῃ

In futuris *servant reduplicationem, ut pro* δώσω διδώσω *sicut & in Infinitivo* διδώσειν.

Pro δῶσι, *tertia plurali Aoristi secundi Subiunctivi à* δίδωμι *dicunt* δώωσι. *Iliad.* α. *v.* 137.

Item in singulari, *pro* δῷ δώησι, *dederit. Iliad.* α. *vers.* 324. *Quæ duplex est Epectasis* ῦη & *syllaba* σι.

Pro ὦν *dicunt* ἔην *cum Ionibus. Hesiod. ver.* 18 & *pro* ὤν, ἐὼν *Hesiod. vers.* 29.

In Futuro, *pro* ἔσομαι ἔσσομαι, & *ita in reliquis personis* ἔσσεαι, *Ion. & poet.* ἐσσόμενος *pro* ἐσόμενος.

Pro παρεῖσι, *dicunt* πάρα, *Sicut* ἔνι, *pro* ἐνεῖσι. *Odyss.* 1. *Eustath.*

Deniq;

Deniq; absoleta verba nonnunquam pro usitatis usurpant, præsertim si in lingua communi quædam inde deducantur tempora, ut ὀΐω & ὀΐομαι, *pro* οἶμαι, *Iliad. α. vers. 59.*

ἀτρεΐδη νῦν ἄμμε ταλιμπλαχθέντας ὀΐω.

DE RELIQVIS ORATIONIS partibus.

Adverbium εὖ *in compositis mutant in* ηὔ *cum diæresi, Homer.* τὸν ἠΰκομος τέκε λητὼ *pro* εὔκομος.

Adiectiva temporis ponuntur adverbialiter, ut ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι, *tempestivus, id est, tempestivè ducas in domum tuam uxorem, Hesiod.* οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόραν ἄνδρα, *non decet perpetem noctem dormire consiliarium virum, Hom*

ὥς *cum tono, pro* τὼς *significat* οὕτως, *Homer.*

περ *pro* καίπερ, *Homer,* ἀχνύμενοί περ, *dolentes quamvis.*

Item ἄνις *pro* ἀνεύ.

Et πτὲ *pro* ποτὲ, *unde?* τίπτε, *quidnam, cur?*

Item ἐνὶ & εἰν, *pro* ἐν, *Sophocl.* εἰς δόμους μένειν, *pro* δόμοις μένειν.

Sic ὑπεὶρ *pro* ὑπὲρ.

Item, ἀνὰ & μετὰ *poet. cum Dativo,* χρυσέῳ ἀνεὶ σκήπτρῳ.

Item πὰρ, *pro* παρὰ.

CAPVT II. DE SYNTAXI.

Quid hic in Syntaxi notandum occurrit?

Poet

Poetæ nonnunquàm non significationem vocis, sed terminationem eius spectantes, genus in proprum adijciunt, ut ἐκ πύλου ἠμαθόεντος, *ex Pylo arenosa: cùm Pilus sit nomen urbis, & proinde generis fœminini. E contra & significationem spectant terminationem negligentes, ut Vlyss.* λ ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ θηβαίου τειρεσίαο, χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. *hic* ἔχων *ponitur pro* ἔχουσα.

Sic & alias Enallagen generis habent familiarem, ut τὰ κέλευθα. *pro* κέλευθοι.

οὕτω καὶ τοὺς μηροὺς τὰ μηρὰ λέγει ἡ ποίησις, *Eustathius.*

Item Enallagen participiorum & præpositionum amant.

Nominum item & Adverbiorum, ut πλατὺ χαίνειν ἀντὶ τοῦ πλατέως καὶ ὠκὺ βαδίζειν, ἀντὶ τοῦ ταχέως ἄλλη. *pro* ἀλλαχοῦ. ταύτῃ, *pro* οὕτω.

Item Coniunctionum pro præpositionibus, ut, ἀγορήνδε καὶ φύγαδε καὶ οἴκαδε ἀντὶ τοῦ εἰς ἀγορὰν, καὶ εἰς φυγὴν, καὶ εἰς οἶκον.

Et contra Præpositionem pro Coniunctionibus, ut ἐκτῶνδε τάδε γενήσεται, *pro* ἕνεκεν τούτων τάδε συμβήσεται. ἐπὶ τούτοις, *pro* τούτων ἕνεκα, *Eustath. pag. 33. Iliad,*

Enallagen porrò Verborum pro Nominibus, ut περίεστε βουλῇ καὶ μάχεσθαι, *pro* μάχῃ.

Pleonasmus itē familiaris ipsis est, præsertim particularum μὲν δὲ, τὲ, ῥὰ, πὲρ, νύν, τοὶ *& similium*

lium. Item litera α, ut ἐάα, pro ἐᾷ ὁράα, βοάα. ἰσχανάα, & similia. Sic ἀγάαμαι, pro ἄγαμαι.

Epenthesis huic affinis, ut εἴαρ pro ἔαρ. ἠέλιος, pro ἥλιος ἐτήτυμος. pro ἔτυμος. ὅττι, pro ὅτι. ἀδδεὴς. pro ἀδεὴς. ἀδδηκότες, pro ἀδηκότες, ἐρίγδουπος, pro ἐρίδουπος. τελείω, pro τελέω. ἀγνοιέω, pro ἀγνοέω. ζητεύω, pro ζητέω. θεήϊος. pro θεῖος, sive θέϊος, Ac αἰδεῖο, pro αἰδοῦ, reverere, resoluta primum diphthongo υ in εο, deinde inserto ι.

Anastrophen cum Ionibus habent communem, πέμψαι ἐπ' ἀτρείδη, pro ἐπιπέμψαι.

Tmesin amant seu interpositionem: Hom. ἐπὶ μῦθον ἔτελλε, pro ἐπέτελλε.

Est & Tmesis, quando in fine versus dictio integra dissecatur; & pars versui sequenti tribuitur, quod fieri solet apud Tragicos, Comicos, Lyricos.

Hyperbaton videre potest apud Hom. Vlyss. α. νήπηοι οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠέλιοι ἤσθιον, pro κατήσθιον. Ioan. Grammat.

Est & Paragoge ipsis familiaris, præsertim syllabarum. φι, σι, θα.

Item Aphæresis πίστασαι, pro ἐπίστασαι, Pythag

Nec non apocope, ut ὄσσε, pro ὄσσεε, ab ὄσσος, εος, Homer.

Dialysin etiam amant, negligentes aspiratam ut ἀποαιρεῖσθαι, pro ἀφαιρεῖσθαι, Hom. Iliad. α.

Syncopen item, ut δάσκιον, pro δασύσκιον. δευ-

καλί-

καλίδης, pro δευκαλιωνίδης. ἐνικάτθεο pro ἐνικατάθεο. Αχιλῆος pro αχιλληος. τίπτε pro τί ποτε cur? ἔπι, pro ἔπεσι. Homer. χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἔπι μῆνις, difficilis est autem Dei ira. ἔγκυτο, pro ἐγκύετο. ἀγέρει, pro ἀγείρω.

CAPVT III. DE RETEXENDIS Græcorum metris.

Quot numerantur apud Græcos metrorum genera?

Viginti & unum. Quorum priori viginti sunt simplicia. Postremum est mistum seu compositum. Dicuntur autem metra simplicia, quæ certo pedum genere constant. Mistum, quod ex variis & incertis pedum generibus est conflatum: sicut species eius in infinitum sint variæ, ac ferè totidem, quot pedum mutuæ possint excogitari commixtiones aut συζυγίαι.

Enumerantur metra simplicia: Dactylicum, Anapæsticum, Creticum, Bacchiacum, Antibachiacum, Iambicum, Trochaicum, proceleusmaticum, Choriambicum, Antispasticum, Ionicum maius, Ionicum minus, Pœonicum primum, Pœonicum secundum, Pœonicum tertium, Pœonicum quartum, Epitritum primum. Epitritum secundum, Epitritum tertium, Epitritum quartum.

Horum alia per dipodiam videlicet Iambicũ & Trochaicũ, (quanquam & aliquando Anapæsticũ) mensurantur: cætera per monopodiam.

Itidēq́ ut apud Latinos alia sunt Acatalectica, id est, in quibus nihil nec deest, nec redundat. Alia Catalectica, ad quorum perfectionem una desideratur syllaba. Alia Brachycatalectica, in quibus duæ desiderantur syllabæ integræ, id quod maximè in Iambis solet accidere, quæ observata mensuratione dipodica, sæpe totum pedem amittunt. Alia deniq́ hypercatalectica, in quibus præter perfectionem syllaba una in fine redundat, & alias hypermetrum appellatur.

Metrum porrò aliud est μονόκωλον, *aliud* πολύκωλον. Μονόκωλον, *quod uno metri genere constat, quale est Heroicum.* Πολύκωλον, *quod duorum generum vel plurium mixtura mutua conficitur.*

Dactylicum metrum quotuplex est?

Triplex: Dactylicum Heroicum, Dactylicum Elegiacum pentametrum, Dactylicum Lyricum. Et huius rursum septem sunt species, Pentametrum simplex, Tetrametrum, Hephthemimeres, Trimetrum, Penthemimeres, Dimetrum, Monometrum,

Dactylicum Heroicum ab Homero, Hesiodo, & pluribus aliis satis est excultum Dactyl. elegiacum pentametrum, à Theognide, Theocrito & aliis.

Lyrici Pentametri exemplum sit: ἥτινα μουσόπολον στοναχὴν ἐπὶ δάκρυσι. *Eurip. Phœniss.*

Lyrici Tetrametri: αἶνεν ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων. *Pind. in Nem. Od. 1.*

Lyrici

Lyrici Hephthemimeri: δέξατο βώλακα δαιμονίαν. *Pind. in Pythag. Od. 4 potest resolvi in 7 syllabas spondaicas, unde & appellationem suam accepit.*

Trimetri. καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας. *Pind. Olymp. Ode. 6.*

Penthemimeri: ἡρακλέος προτέρας *Pind. Olymp. Od. 3. Potest resolvi in quinq; syllabas spondaicas.*

Dimetri seu Aeonii: ἔλλοπι κούρᾳ, *Theor. Syring.* μαινομένοις φρεσὶ *Pind. in Pythag.*

Monometri: ὦ πόλις, *Eurip.* φῦ, φῦ. *Aristoph.*

Observa in his omnibus Dactylum & Spondæum promiscuè sibi iungi.

In reliquis metris simplicibus exempla cum Latinis conveniunt.

Da etiam exemplum misti seu compositi metri?

Sufficiat hoc loco ex Pindaro pauca delibare. Od. 2. Olymp. Stroph. prima:

1.	Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι	υυ-	υ-
2.	τίνα θεὸν τίν' ἥρωα	υυυ-	υ--υ
3.	τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν,	υυ-υ	υυ-υ | υ
4.	ἢ τοὶ πίσαμεν, Διὸς.	--υ-	-υυ

Primum metrum est Iambicum cum Epitrito secundo.

Secundum, Pæonicum quartum cum Antispasto.

Tertium, Pæonicum tertium Hypercatalecticum.

Quartum, Epitritum tertium cum Dactylo, &c.

(Observa semper à prædominante pede metrum esse denominandum. 2. Ultimam semper esse liberam. Hac ratione omnia metra composita sunt resolvenda. In Lyricis verò accuratè attendendum, semper eadem genera metrorum in Strophe & Antistrophe, & eodem quidem ordine ac numero requiri. Epodus diversa metra à Strophe & Antistrophe admittit, sic tamen ut epodus secundus, tertius, quartus, &c. primo semper respondeat: Latinis dicitur Revolutio metrorum, in qua ipsa tamen in Iambicis & Trochaicis nonnunquam una syllaba desideratur ad integram metri revolutionem, & dicitur Catalexis: quandoq; dua desiderantur, & dicitur Brachycatalexis: quandoq; una syllaba redundat præter iusti metri revolutionem, & Hypercatalexis à Metricis appellatur.)

Quid porrò in resolutione metrorum considerandum.

Quantitas: *eiusq; varia in metro affectio.*

Da regulas nonnullas Quantitatis, quatenus videlicet cum Latinis non est communis?

1. *Diphthongus & vocalis longa, sequente vocali aut diphthongo alia, potest corripi.*

(Observa ι & υ in diphthongis dissolutis corripi, ut παΐς εὐχάλκυ.)

2. *Muta*

2. *Muta cum liquida coniuncta, item* κτ, πτ, μν, *syllabam antecedentem sæpe reddunt ancipitem, Rarius, si ordine inverso liquida cum muta iungatur.*

(*Interdum sola liquida vocalem brevem producit,* πολλὰ λισσομένη, *Homer. ubi* λα *est longum propter* λ. *Sic* με *in* μέλος & μέλεται, *vi liquidæ producitur, Henr. Steph.*)

3. *Anceps initio thematis fere corripitur, ut* ἰάχω, ἱκάνω, ἵκομαι. *In præteritis vero producitur* ἷκεν, ἵκανε, ἴαχε *prima longa.*

4. *Anceps ante Characteristicam in præteritis Attice reduplicatis, corripitur, ut* ἐρήρικα, ἀλήλιφα, &c.

5. *Anceps Indefiniti & Futuri secundi corripitur. Item in Futuris primis verborum quintæ Barytonorum.*

6. *Ancipites finales præpositionum & aliorum syncategorematum, plurimùm corripiuntur.*

7. *Doricum* α *ex* η *producitur.*

Item in Genitivis αο & αων, *ut* αἰνείαο, πυλάων: *Nec non in fine terminationis Doricæ* αἰνεία.

Item in Vocativo nominum in ας *primæ simplicium, sicut & in duali primæ & secundæ declinationis. At in Vocativo nominum in* ης *corripitur, ut* ἱππότα νέστωρ, ἠχέτα τέττιξ.

8. *In secunda declinatione* α *purum, item in terminationibus* δά, θά, ρί, *plurimùm producitur,*

citur, quanquam nonnulli velint esse indifferens. Excipe correpta, δία, μία, σεβάσμια, πότνια, γαῖα πεῖρα, σφαῖρα, γέφυρα, ἄρουρα. Item ab adjectivis primæ contractorum descendentia in εια, ut ἀληθὴς, ἀλήθεια.

9. Terminatio in ας in prima & secunda simplicium, masculinorum quintæ in propriis & substantivis, item participiis Nominativi casus producitur: In Neutris verò, fœmininis & Accusativis pluralibus quintæ, itemq; Adverbiis corripitur.

10. Αν in Accusativo primæ producitur, secundæ corripitur, Item αν finale oxytonorum & masculinorum producitur: In neutris & Vocativis quintæ corripitur: exceptis circumflexis, ut πᾶν: composita tamen eius sunt brevia, σύμπαν, ἅπαν.

